

perjurii magis, quam pro exceptione dilatoria, pro qua solum in sensu aliorum obijebatur, ut supra dicitur. 201.

Atque capiendone renunciationem in hoc sensu declarationis animi, advertebat ita non obitare ea, quae supra eisdem renunciationis resolutione ex cessante causa, vel nullitate resultant ex statuto 151. dicuntur, quoniam animus, & intentio probantur, & declarantur etiam ex actu nullo, ut pluribus hoc eod. tit. & alibi hoc vulgare axioma insinuat; Quamvis enim prohibiti alienare, alioque actus praesudiciales facere, sint etiam prohibiti confiteri, ne quod est directè prohibendum, ita indirectè sequatur, fraudando legem, quae alias verbis potius, quam rebus imposta diceretur. Atamen id procedit, quando confessio, vel declaratio principaliter directa, & ordinata esset ad actum praesudicialem, adeò ut cadere valeat eadem suspicio deceptionis, & fraudis, secus quando principaliter directa est ad actum laudabilem, magisque perfectum electionis vitae melioris, ex qua de consequenti resultat praesudicium prophanum; Possimè, quia factum comprobavit verba absque confessionis, vel deceptionis suspicione, dum nullus, nec quidem fumus de hoc dabatur, atque post mortem patris, & sic cessante causa adhuc per multos annos in eo statu continuaverat.

Deducendum quoque in idem rationes congruentiae, & honestatis, & quendam usum communem, cum considerationibus magnorum inconvenientium, alias resultantium, exemplificatione huiusmodi destinationes futuri successoris cum pluribus exemplis, & praesertim cum tribus jam recentibus in Urbe; Primo nempe in familia Barbarina, in qua ad est consimilis primogenitura, in Principatu Praenestino, atque Oppidis, Castris, & bonis, quoniam naturaliter primogenitus est Carolus Cardinalis, qui statum Ecclesiasticum potius eligendo consimilem renunciationem, ac declarationem fecit, unde Maffeus secundogenitus hodiernus Princeps Praenestinus, qui tunc erat togatus vitae Ecclesiasticae destinatus, toga dimissa, statum, & figuram primogeniti suscepit. Secundo in familia Sabella juxta deducta dicitur, dicitur, de feud. Et tertio in familia Columenensi, quae dicitur Sciarræ, five antiquorum Principum Praenestinarum, quod ille Dux Bassinellæ enunciatur dicitur, de servit. qui figuram primogeniti, ac destinatus successioni, & majoratui domus faciebat, erat naturaliter secundogenitus, & effectus civiliter primus ex eo, quod primogenitos eandem fecisset deliberationem assumendi vitam Clericalem; Stereotipum istius secundogeniti ita constitutum in statu primogeniti, ac destinatus successores in suarum domorum primogenituris, & majoratibus filias Principum, & Magnatum in uxores sub hac bona fide duxissent, alias in figura secundogenitorum utique non ducturi, manifesta iniquitas, & irrationabilitas esset dicere, quod in libito primogenitorum esset, juratam fidem violando immutare statum, & praetendere successione, quod etiam in Regibus, magnisque Principibus supremis exemplificari potest.

Major itaque dubitandi ratio contra istam partem in eo consistere videbatur, quod ubi etiam ex praemis Cleria minor, civiliter major, ac primogenita reputanda esset, & convertio Liviam major tanquam postmodum saeculo iterum nata reputanda esset minor, ac secundogenita, adhuc tamen ex eisdem primogeniturae lege potior esse debere istius conditio ratione matrimonii iuncti cum viro quatuor familiarum, dum habet Cleria vitam extraneam, ita remanebat incapax, & excluda; Et quidem quando iusta ex causis non adesset, ob quam paritum non esset iudicio, & voluntati fundatorum, motivum esset irrefragabile. Sed eodem sensu veritatis retento, dicebatur id non obitare, cum ex facti qualitate, & circumstantiis dictum praecipuum non esset congruè practicabile, ideòque tanquam non obligatorium negligi potuit ex iis, quae in hac materia habentur deducta dicitur, de restam. & dicitur, 14. de matrim. ut scilicet ad esse debeat competens numerus personarum non patientium notabilis defectus, in quibus matrimonium libertas esset exercibilis; Expendendo siquidem singulas familias, Illa Ursinorum vocata non est universa, sed solum domus Ducum Sancti Germani jam extincta in Duce Jo. Antonio avo materno hodierni Ducis Bracciani, & fratrum, qui sunt de domo Bracciani, ac etiam ad hunc effectum habentur erant pro non extantibus, dum eorum primus erat Cardinalis in sacris, alter Dux praedicti uxorem habens senem de prole desperatus, & tertius ita successor eius domus, ac etiam nimium aetate inequalis, utpote supra quinquagesimum, illa Caesorum dici quoque poterat ad hunc effectum, ac si non adesset, dum restringebatur ad solum Ducem. Atque sparte uxoratum sine prole faciente domum propriam,

idemque sequebatur in altera Cajetanorum, dum in illa aderant Dux Sermonetæ octogenarius uxoratus, Princeps Casertæ eius filius etiam uxoratus, qui duos tantum habebat filios, ambo in tenera & incongrua ætate, dum primus erat annorum 9, qui successurus est in propria domo, ideòque ista primogenitura vocata aliquem secundogenitum, alter verò annorum 7, ideòque in aetate omnino incongrua.

Restringebatur ergo res ad hanc domum Sfortiam, in qua aderant quinquæ adolescentis filii Pauli secundogeniti, quorum primus destinatus erat successurus in propria domo, dum Dux consobrinius, & primogenitus in hoc stam est de prole desperatus, duo addidit vitae Clericali, & alter in aetate pupillari, ideòque incongrua, & per consequens supererat solum dictus Federicus, qui postea d. Liviam duxit, dum restricta erat libertas matrimonii, dum Cleria cum eo non inclinabat. Accedente potissimum iusta causa, quoniam licet esset nobilissimus, & non inferior in natalibus, attenda eius qualitate erat pauper, ut advertitur apud Cocced. 1462. repet. deo. 493. p. 4. nec. 102. & dicitur, 73. de restam.

Ponderando circa istum defectum paupertatis, quod tunc illa non videretur facere obstatulum, quamvis alias vir esset aequalis, quando ageretur de muliere, quae iam successione obtinisset, ac possideret, qualis erat casus, de quo in dicitur, Coccin. & tamen ibi defectus admittit fuit, cum tunc ipsa mulier dives, faciat vitam divitem, quæ autem in praesenti quod vivebat Dux patruus, qui diu supervivere poterat, atque agebatur de successione sperata, addebat interim etiam mulier primogenita sit pauper habens solum dotem in eadem primogenitura taxatam sutorum vigintiquinque millium.

Demum quoad aliud supra insinuatum fundamentum Scribentium in contrarium, quod f. ubi ex praemis exclusiva esset Livia mater, adhuc tamen id praesudicium non potest, nec debet esse sensu tanquam de linea primogenita; Dicebam eodem sensu veritatis finitus retento, quod motivum, quod nimium magnificabatur, atque exagrabatur, esse inevitabile, dici meretur contemptibile, nulliusque ponderis, ex clara dispositione text. in l. h. vivit matre. Cod. de bon. mater. de qua alius relatis plenè Sacd. consil. 85. & agit deo. 495. part. 5. rec. quae reputatur in materia magistratibus regulari, quod infecta primigenia, infecta remanet derivativa, ut dicitur, 14. num. 7. de success. & alibi pluries; Possimè verò in hac facti specie, quod filii istius pluribus successione obtinere debent, literaliter vocantur per fideicommissam ordine successivo post matrem, ibi deinde ejus filii, juxta distinctionem de qua supra dicitur, 107. & in aliis.

Dicta verò conclusio, utrenuocatio maris non obstat filii, procedit in uno ex duobus casibus, vel scilicet quando matre praedefuncta, filii veniunt ex persona propria, qualis est proprie casus, de quo frequentius agunt auctoritates; ac decisiones dictam conclusionem firmantes, ut habetur dicitur, de restam. & dicitur, 15. de renunciat. & insinuat etiam dicitur, 14. de success. & alibi; Vel quando pariter viva matre veniant ab ipsa independenter jure propriae vocacionis, proprieque gradus, quo attento sine aliis concurrentibus proximioribus, abique eo quod indigeat beneficio representationis eorum matris, vel subingressione in ejus locum, aut transmissiois illius juris primogeniturae, quod eidem competere, qualis est casus controversatus super successione Principatus Venetiarum, & Comitatus Celani, aperta per mortem Principis Peretti inter Principatum Sabellam ejus filiam, ejusque filios ex una; & Ducem Braccianum nepotem ex forore ex altera, & de qua agit de Matr. respl. 189. lib. 2. atque fit mentio dicitur, 23. de feud. quoniam ubi etiam obstat renuocatio ipsi mulieri, cui tamen non obstat dictum fuit, adhuc iustissimo debita fuisse potius ejus filii enunciatis, etiam dicitur, 17. eodem tit. de feud. cum ipsi essent nepotes directi ex filia, ideòque potiores dicto Duce Bracciani transveriali nepote ex forore, ideòque filii non indigebant representatione matris, neque ex ejus jure veniebant, utpote vocati ab investitura, & proximiores in proprio gradu; Neutrum autem in hac facti specie verificari dicebam, quoniam filii non habent vocacionem propriam, ac directam, sed solum obliquam, & successivam post matrem, in quam supponitur ingressa primogenitura, ut supra, ac etiam sunt remotiores, dum Cleria est nepis Ducis parvi, ex cujus persona successio est regulanda, filii verò Liviae sunt pronepotes ex nepote, & sic in gradu inferiori.

Eatenus enim in primogenituris remotior, ac minor nati ob prerogativam lineæ primogenite vincit proximioribus, ac majorem natu de linea secundogenita, quantum representet ejus parentem primogenitum defunctum, a quo in eam transmissum sit illud jus primogeniturae, quod in eum

D I S C. CCV.

in eum radicatum esset, adeoat nisi obisset, successione obtinere debuisset, ex deductis supra dicitur, 1. & segg. & d. dicitur, 201. & segg. ideòque verificabile non est, ubi parens vivit, atque hanc prerogativam non habet, cum legitime, ac naturaliter implicet, ut filii illius, quæ ex praemis dicenda potius est secundogenita, & postponenda forori secundogenita; dici valeant de linea primogenita, dum linea constituitur ab eorum matre, eodem modo, quo in concursu filia secundogenita in capillo sunt filii filiae primogenitæ nuptæ, ac dotariæ habende pro extranea, five pro secundogenita, & postponenda forori, naturaliter natu minor, quæ ad effectum successione obtinet jus primogenituræ, juxta deducta d. dicitur, 14. de feud. Ideòque concludebam, quod rationes dubitandi cadere possent in persona ipsius Livie naturaliter primogenitæ, sed si praemissa subintenderet, adeoat illa excluda esset, vel postponenda veniret, tunc exclusio, vel postpositio ejus filiorum videretur pro meo iudicio habere de indubitabili.

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE ALDO-BRANDINIS  
P R O  
PRINCIPISSA ROSSANI OLYMPIA ALDO-BRANDINA,  
C U M  
MARIA ALDO-BRANDINA.

Discursus pro informatione Papa cum egerit, ut infra.

De primogenitura conventionali facta ob causam conservationis bonorum in agnatione, an cesset, vel resolvatur ob cessantem causam finitæ agnationis, ut bona revertantur ad haeredes ultimi possessoris primogenituræ.

Et de donatione contemplatione matrimonii promissa in capitulis matrimonialibus, facta etiâ filiis nascituris; an possit restringi, vel alterari in instrumento, quod super eisdem capitulis initii sit.

S U M M A R I U M.

1. Facti series.
2. Quid requiratur ad effectum concedendi immisionem restitutionis in integrum adversus non judicatum.
3. De deculione. Achill. de donat. ut donatio ob causam cessata a causa non resolvatur.
4. De cessatione, vel resolutione donationis ob cessationem cause, vel praesuppositi.
5. De donatione, vel concessione ad vitam.
6. Quod in ista non intrent questiones, de quibus n. 3. & 4.
7. De transmissione in actibus inter vivos.
8. De divisione plurium donationum diversæ naturæ in eodem instrumento, quod impugnatur.
9. Quid proprie importet donatio, de qua in casu, & ad quæ restrictio ad vitam.
10. Davum simile in beneficiis, & commendis.
11. Qualis proprie dicatur donatio.
12. Quod fideicommissum conventionale reciprocum non importet donationem, sed contractum onerosum, & respectivum.
13. Et quod sit species alie, seu lotri, & sponsonis.
14. De casu in quo cessent omnia praemissa.
15. De alio casu questionis super donatione contemplatione matrimonii favore filiorum.
16. Quod sub nomine filiorum in genere veniant etiam famina.
17. Donatio contemplatione matrimonii contenta in capitulis non potest restringi in posteriori instrumento.
18. Quod aliter gestis per meliores in Urbe sint de facili impugnatibiles.
19. An sit unica donatio, vel sint plures.
20. An sub nomine filiorum veniant faminae.
21. Instrumentum attendi debet pro interpretatione capitulum.
22. De coniecturis consentibus declarationem super restrictione ad masculos.
23. Promisso de donando per instrumentum solemne ad quid consideranda sit.
24. De alio puncto, seu praesensione.

EX quinque filiis masculis Joannis Francisci jam defuncti, & Olympiæ adhuc viventis conjugum de Aldobrandinis, Clementis Octavi nepotum, quatuor majores, nempe Silvester Cardinalis Sancti Cesarei nunciatus, Jo. Georgius, Al. dobrandinus, & Hippolytus, sub titulo reciproca donationis, conventionalem in eorum lineis, & descendenti masculinis ordinantur primogenituram secularem in Castris, aliisque bonis stabilibus, censibus, & locis montium, designando Joannem Georgium primam successorem cum tractu successivo in ejus descendentiâ, & sic deinceps in aliis, cum ordine primogeniturae; Eo adjecto, quod si Petrus omnium natu minor, tunc in pupillari aetate constitutus veller, factus adultus, eidem conventioni accedere, suamque portionem supponere, censetur quoque in ea comprehensus, prout idem Petrus successus major, fratrum quoque iudicium approbavit, suamque portionem suppositi.

Occasione verò matrimonii, quod inter Petrus ad plures annos contraxit, praefata Olympia mater, in capitulis matrimonialibus eidem, ac filiis ex eo matrimonio procreandis, donationem per publicum instrumentum cum solemnitatibus statutariis, facere promisit annui redditus sutorum trium millium, donec ipsa viveret, eaque defecta, septem millium, in quibus comprehensa essent quedam castra, & bona, ex hereditate Cardinalis Petri Aldobrandini ejusdem Olympiæ germani fratris, obventa sub legitimo inter reddidit ad filios, & descendentes mascululos, juxta primogenituræ ordinem spectare deberet, quodque filia femine congruè dotari debeant, atque postmodum super istis capitulis in initium fuit instrumentum, in quo dicta donatio expressè, ac indefinite ad filios, & descendentes mascululos restricta fuit, cum substitutione ad favorem praefati Hippolyti tunc iam Cardinalis, in casu mortis dicti Petri alique filii masculini.

Omnium primus (post Cardinalem Silvestrum) naturæ ordine turbato, obiit Petrus, superstitibus ex dicto matrimonio Maria, & Catharina, deinde Aldobrandinus, tertio Olympia mater scripto hæredede Hippolyto Cardinali, quarto Jo. Georgius, superstitibus Olympia juniore unica filia, quam cum legitibus, & substitutionibus ad rem faciemibus hæredem scripsit. Diçtaque Olympia senior praefatis Mariæ, & Catharinæ ex dicto Petro praefato nono nepibus, pro dote reliquit centum 90. mill. quinquaginta scilicet primo, & quadraginta secundogenitæ; Ad demum obiit Cardinalis Hippolytus, scripta hæredede eadem Olympia juniore, cum legitibus, & substitutionibus pariter ad rem non facientibus. Praedictis verò Mariæ, & Catharinæ ex altero fratre nepibus, vel ultra dictum legatorem Olympie matris, relicto alios septus viginti mille pro qualibet, pro omni, & toto eo, quod quomodo libet eis competere possent.

Effecte itaque praefatae Mariæ, & Catharinæ majores, ac nuptæ, iudicium instituerunt super dictor. legatorum consecutione contra praedictam Olympiam juniorem Rossani Principissam, patris, fratris, & avie hæreditatis possidentem, atque commissa causa Mariæ Cardinali Petro Aloysio Caraffe, & altera Catharinæ Cardinali Cherubino, ab istis aliquæ proderunt sententia, vel provisiones super dictorum legatorum solutione, cum legitibus tamen, & conditionibus per utrumque testatorem adjectis; Quinque eadem foretes alias contra Olympiam iudicium molestias, tam super dicta portione earum patris ob praesentam donationis resolutionem, quam super alia donatione Olympiæ aviæ, atque desuper Principissa, ejusque vir obtinuerunt causam iactationem committi in Rota; Hinc ad ipsarum Atricium instantiam, Innocentius X. prævia avocatione à Rota, iustas causas, appellacione remota commisit Cardinalibus Franciotto, Cecchino, & Raggio, à quibus prævia confirmatione dictæ sententiæ Caraffe super legatis, proderunt etiam in aliis, sententiæ Principissæ Olympiæ favorabilibus, praesente scilicet resolutioni donationis locum non esse, nullumque aliud jus, præter dicta legata praefatis fororibus competere; Ac propterea ipse legatorum solutionem receperunt ad formam sententiarum, faciendo quietantiam in forma.

Adversus autem posteriores dictorum trium Cardinalium sententias, d. foretes commisionem porrexerunt Alexander VII. restitutionis in integrum in Signatura Gratie proponendam, sed Pontifex, expetito ab aliquibus doctis, ac probis Prælati voto, cognitaque dictarum sententiarum iustitia, id denegavit, idemque cum eidem, imò cum longè maioribus diligentibus, ac maturo studio fecerunt, unus post alterum duo Nonus, & Decimus Clementis successores.

Et merito quidem, quoniam adversus rem iudicatam, vel sententiam iudicis procedentis appellatio remota, etatis de commissione restituionis in integrum est referendum, quatenus sufficiens adit iustitiz sumus, & ad quem effectum Papa, vel Signatura Gratia, ex commendabilitate, de meritis negotii principalis gustare solet, cum Principis partes sint, lites quo magis fieri potest rescate, eisque finem prebere, non autem inultas, & calumniosas excitare, vel confovere, ex deductis in Relatione Curia disc. 30. & sub tit. de iudic. disc. 37. & alibi pluries.

Cum itaque a iustitia, & meritis negotii principalis totum penderet; Hinc in ultimo recurfu habito ad Clementem X. (cujus occasione tantum ego pro dicta Principissa Rossani scribebam) distinguendo causam in duas inspectiones; Unam scilicet super paterna portione ob resolutionem prima donationis facta per Petrum Joanni Georgio; Et alteram super donatione contemplatione matrimonii factam per Olympiam, ut supra.

Quatenus pertinet ad primam, scribentes pro Maria recurrente, que defuncta sororis erat etiam in parte haeres, ut effugerent jam in Curia notam, & vulgarem decis. unie. Achilli. de donat. super non admittenda resolutione donationis facte ob causam agnacionis, ob illius cessationem, ex iis, que in hoc proposito habentur latius deducit. sub tit. de remunc. disc. 6. & in aliis ibi proximis, in quibus decisiones, & auctoritates concordantes habentur.

In eo insitebatur, quod tunc ista quaestio cadit, quando agitur de donatione jam valida, & perfecta etiam in proprietate, cujus resolutio praetendatur ex cessante causa, ut supra, aut etiam ex cessante praesupposito, juxta quaestione, de qua sub tit. de donat. disc. 3. & in aliis ibidem enunciat; Sicut autem, ubi agatur de donatione limitata ad vitam donatarii, quoniam tunc non dicitur donatio perfecta, & abdicativa omnimoda proprietatis a donatore, ejusque translationis in donatarium, sed agitur solum de quadam concessione usufructus, aut juris ad vitam, juxta illas vitalitatis concessiones, de quibus agitur disc. tit. de donat. disc. 54. & sub tit. de emption. & vendit. disc. 1. & sub tit. de Regal. disc. 35. & de dote, disc. 14. & alibi.

Atque hinc resultare inferebant, quod non agebantur de accidentaliter resolutione donationis, ex accidentaliter cessante causa, vel cessante praesupposito, ut supra, sed potius de non facta donatione proprietatis, que nunquam a domino, & substantia donatoris abdicata esset, sed ea penes ipsum remanente ad vitam donatarii inuilit, subsequuta morte, tanquam per remotionem obstaculi fieret consolidatio domini utilis cum directo, vive usufructus cum proprietate; Ut ultra ea, que in materia consolidacionis usufructus per mortem usufructuarii habentur in sua sede sub tit. de servit. in his terminis specialibus ita respondendo ad decis. unie. Achilli. ex auctoritate Alciati. conf. 3. lib. 5. & aliorum habetur dec. 194. n. 102. & seq. part. 5. rec.

Exinde inferendo nullam subesse necessitatem assumendi articulum transmissionis ad haeres ob mortem Petri donatoris, antequam casus cessat donationis per mortem Jo. Georgii donatarii fieret, dum non jure transmissionis, vel novae acquisitionis, aut recuperacionis bona in donatione contenta ad haeredem donatoris spectare praetendebatur, sed jure non abdicacionis, & continuationis, ut supra.

Etnihilominus, ubi etiam cum terminis transmissionis procedendum esset, adhuc tamen dicebant quaestione in trare in actibus ultimarum voluntatum, non autem contractuum inter vivos, in quibus verius, magisque receptum est transmissioni locum esse, ex plene deductis apud Capyc. Latr. decis. 1. de Marin. resolut. 86. lib. 1. cum aliis disc. tit. de donat. on. disc. 8. & disc. 36. & supra hoc tit. disc. 14. n. 5. & alibi.

Ad probandum autem dictum assumptum, ex quo omnia penderant, quod scilicet ageretur de donatione ad solam vitam Joan. Georgii primi donatarii, ponderabant, quod haec donatio duas haberet inter se distinctas partes, adeoque duae diverse dicenda venirent donationes, una scilicet dicto Joanni Georgio ad eam vitam tantum, & altera ad favorem tam ejus filiorum, & descendendum, quam etiam aliorum ad primogenituram vocatorum; Ac propterea inferebant, quod prima donatio, utpote restricta ad vitam expiraverat, altera vero nunquam inceperat ex defectu subjecti, seu donatarii, dum nullus procreatus fuerat, neque superstes remanserat filius, vel descendens masculus ex hoc genere.

Scribens itaque eonverso pro dictarum sententiarum iustitia dicebam, quod ubi etiam procedendum esset cum

terminis donationis, cum quorum praesupposito procedebatur, adhuc tamen omnium praesuppositum conclusionum, quas in suis respective casibus veras esse admittebam, fallacia erat nimium evidens in applicatione, ob dicti assumpti, vel praesuppositi fallitatem, quod istae essent duae donationes diverse, atque inter se distinctae, ut supra; Id etiam cum sensu etiam veritatis discernere contingere chimera, sive ideam nulli factio, nec fundamentum innixam.

Siquidem posterior actus gestus per Petrum, nil novum, vel diversum continebat, sed solum approbationem ejus, quod alii quatuor fratres gesserant, ut ita ipse quoque episcopus conventionis particeps esset, perinde ac si ab initio ipse fuerit aultus, atque in eodem primo actu intervenisset, cum revera sit dispositio individua juxta individuum primogenituram naturam, que diverso jure censeri non debet.

Attenta vero prima conventionem, ad cujus limites posterior est omnino regulanda, quatenus etiam cum praesupposito, vel cum terminis donationis procedendum esset, ea fuit donatio per omnes fratres de bonis communibus ex tunc perfecta, & absoluta de omnimoda proprietate, ac jure, non quidem ad favorem singularem ubius, vel alterius personae, sed ad favorem ipsius primogeniturae, sive ipsius generis agnacionis, in quod cum omnimoda abdicacione a donatoribus dominium perfecte translatum fuit in perpetuum ipso genere durante; Ipse autem singularis persona per prius, & posterior juxta primogenituram ordinem succedere, inter quos Jo. Georgius erat primus in ordine, vocatur merito ad vitam tantum, quia sic, & non ultra eorum jus duraturum esset, ut exinde directe ad immediata successorem transiret, eo modo, quo in primogenis, & majoribus Hispaniarum est introductum, ex relatis sub pra. disc. 7. & 13. & alibi.

Eodem modo quo sequitur, quod plures fratres, vel alii cum eodem titulo donationis erigant beneficium, vel commendam de jure patronatus activo, & passivo cum ordine primogeniturae, ut praesertim in commendis, & basilicantibus Religionis Militaris Sancti Stephani praxis docet, ex relatis sub tit. de iurepatron. disc. 20. & in aliis, ad etiam supra disc. 8. cum similibus, quoniam singularum personarum vocatio est ad solam vitam per earum fruicione, sed dispositio est perfecta, & omnimoda ad favorem ipsius commendae, vel primogeniturae, que donatarii personam gerere, verè, & proprie dicitur, istoque dicebam esse veros, ac proprios hujus causae terminos, ut etiam advertitur in Romana, vel Soanen. Castri Proenci, seu Romana censuum, sub tit. de feud. & alibi.

Ceterum advertendum, haec ita dici, admittendo etiam ad exuberantiam dictum praesuppositum, quod scilicet ageretur de contractu donationis, vel gratuite renunciacionis, adeo ut intraret inspectiones, de quibus d. disc. 8. & de donat. & de remunc. disc. 8. & alibi.

Revera tamen errorem manifestum terminorum dicebam esse procedendi cum praesupposito, ac natura donationis, qualis dicitur ea, que ex liberalitate, & benevolentia per unum alteri fiat, adeo ut causam lucrativam donataris foveat, juxta donationis diffinitionem notoriam in institutionibus traditam.

Id autem in hac facti specie nullatenus dici potest, quoniam non adest haec distinctio donatoris, & donatarii, adeo ut unus se spoliat, & alter acquirit, ideoque unus de pauperetur, & alter fiat locupletior, juxta veros, ac proprios donationis terminos, sed actus verè, & proprie continere dicitur negotium sociale, & incommo dum omnium, tanquam per speciem personarum, vulgo lotto, sive tanquam per speciem aere, ut advertitur d. tit. de donat. disc. 55. & alibi, destinato solum, vel distributo inter socios ordine fruicionis cum prerogativa antianitatis ad instar illius turnariae divisionis, que fiat inter plures comparatos, vel eundem juris conferendi sortes, sed sub tit. de benefec. & sub tit. de iurepatron. & alibi; Atque in his praecisus fideicommissi modi conventionalium, & reciprocorum fideicommissorum, vel primogenitorum advertitur sub tit. de dote, disc. 145. n. 14. cum similibus.

Incertain itaque acaem ad coequale commo dum, & incommo dum ista conventio continere dicitur tanquam speciem illius lotto, de quo sub tit. de alien. & contr. act. disc. 47. & generaliter in conventionibus vitalitatis d. disc. 54. & 55. de donat. & sub tit. de Regal. disc. 30. & alibi, ut qui ejus tantam portionem in hac massa reponat, alius quatuor, aliis supervivendo lucratur.

Istam vero ipem probabiliorem habebat juxta ordinem natu-

naturae dictus Petrus; Tum quia omnium junior; Tum etiam, quia ex aliis quatuor fratribus, duo vitae Clericali, ac coelibatui addicti erant, nempe Silvester, & Hippolytus, unus post alterum Cardinales; Aldebrandinus ut eventus celeris mortis docuit, infirme valerudinis, ac etiam regularis, cum fuerit Eques Hierosolymitanus, & Magnus Prior, & Jo. Georgius pinguetudinis, seu heberudini valde prolixus, ut ad procreationem filiorum in habitibus redderetur, ut etiam evocatus docuit, quoniam ducta uxore, praedicta unica filia ipso initio suscepta, ex hoc impedimento inhabilis effectus fuit; Ac propterea oportuit, ut idem Petrus uxorem duceret, ideoque nisi ipse interverfo naturae ordine predecessisset, omnes quinque portiones cum unica acaem exposita lucratus fuisset, quas tanquam per extinctionem generis vocati liberas ad eam dem acaem transmittere potuisset, ideoque de immatura morte, fortunaeque malo eventu conquirendum esset.

Itaque ita procedere dicebam, admittendo etiam ad sup. perabandantiam, ac sine veri praedictio exclusionem, ac omnimodam incapacitatem Hippolyti Cardinalis ratione Clericali, & super quo puncto nihil dictum fuit ex aliquibus praedentibus motibus, sed relicta fuit veritas in suo esse) sed ubi hoc praesuppositum non subsisteret, tunc effectus extra omnem dubitacionem, dum in ipso tanquam masculo supervivente Jo. Georgii puritate, & effectua esse illa secunda donatio, quam Scribentes pro adrice distinguebant a prima ad vitam Georgii.

Quo vero ad aliam inspectionem, sive actricis praesentionem super donatione annui redditus scutorum trium millium facta per Olympiam matrem contemplatione matrimonii, ut supra, idem Scribentes pro adrice, aliam commensuram adhibebant diffinitionem duarum diversarum donationum, unius nempe ex tunc perfecta, ac exequenda annui redditus scutorum trium millium, & alterius scutorum quatuor millium post mortem Olympiae.

Istam itaque praesentionem ad masculos cum ordine primogeniturae, sed restrictionem ad masculos cum ordine primogeniturae, sed prior concepta erat pro filijs procedendis in genere, abque aliquo adjecto, vel restrictione masculinitatis, adeo ut quando contraxerunt in instrumentum postmodo inito expressum non fuisset, utique venirent tam masculi, quam feminae, cum verius, magisque receptum sit pro regula, ut masculinum concepti feminum, ex pluries relatis supra hoc tit. Et in specie consimilibus donationis contemplacione matrimonii adjudicata filijs, disc. 1. de donat. & supra, disc. 138. Hoc autem postea dicebant; quod subseqens restrictio ad masculos facta in instrumentum, non potuit tollere, vel minuere jus quatuor filijs, ex iis, que in specie habentur supra disc. 138. ac etiam disc. 140. atque ad idem faciunt ea, que habentur d. disc. 1. & 2. cum seqq. de donat.

Ad istud obvenit evitandum, Aliqui pro eadem Principissa re conversatae agentes magnum constituebant fundamentum in acceptatione praedictorum legatorum condonacionem conditionem compensacionis omnium jurium, & praesentionem tam in bonis Olympiae senioris, quam in aliis possitis per Cardinalem Hippolytum, ut supra.

Verum licet praedicta legata revera continere viderentur adaequata, imò excedente recompensam tam istius praesentionis, quam praecedentis, ac etiam alterius, de qua infra ob circumstantias facti, & praesertim ob detracciones a dicta portione Petri faciendas; At tamen mihi parum tutum, ac praesens consilium videretur ad id se restringere, quoniam ex iis, que in contractibus, & obligationibus, alique actibus mulierum in Urbe ob dispositionem Statuti 151. habentur, sub tit. de alien. & contr. act. prohib. nimium facile est mulieribus actus ab eis gestos impugnare, adeo ut commercium cum eis impediendum videatur.

Hinc proinde opportunum censui, secluso etiam hoc motivo, docere de hujus exceptionis insufficientia, cum tamen sufficeret eandem, sicut praecedentem, & sequentem probabiliter dubias reddi, ad effectum, ut praefata recompensati sufficiens diceretur, & quod per consequens cessaret praedictarum sententiarum iniustitia, ut petitio rejicienda esset, ut supra.

Dicebam itaque in primis, quod absque necessitate assumendi inspectionem super viribus, ac operatione instrumenti postmodo celebrati, restrictionem ad masculos expressè continentis, attentioe solis capitulis matrimonialibus, ex eorum ventre, eadem restrictionem clarè deduci videretur; Tum ob discretivam provisionem foeminarum, quod dotari deberent, quod excludit earum vocacionem; Tum clarior ob lateralem restrictionem ad masculos cum

ordine primogeniturae contentam in posteriori parte, in qua supponitur, ut per mortem Olympiae donatricis redditus esse deberet scutorum septem millium, inclusis tamen fructibus Caltrorum, & bonorum obvencientium a Cardinali Petro, ut supra; Ita namque dicebam intrare vulgare, ac sapientius insinuatam regulam text. in leg. ult. aut ille. ff. de leg. 3. quod in claris, & expressis non intrant quaestiones, & argumenta; Ideoque frustra quaeritur, an restrictio contenta in posteriori instrumento, attendi debeat, necne, in praedictum juris quaesiti per capitula, si in istis quoque illa continetur.

Pariter autem chimericam, ac idealem dicebam videri diffinitionem duarum diversarum donationum; Unius scilicet scutorum trium millium ex tunc; Et alterius aliorum quatuor millium post mortem Donatricis sive diversa natura, cum revera id nulli penitus facti, vel juris fundamentum innixum esset; Siquidem unica, eademque dicenda est donatio ab initio conversa pro affectuacione decentis status viri, & filiorum, qualis est hujusmodi donationum finis in dicto annuo redditu scutorum septem millium, idem in tot Caltris, & bonis in proprietate, ut tantum redderent fructum, ad terminos text. in l. si quis argentum, Cod. de donat. de quibus pluries dicitur de donat. & alibi; Dicta vero divisio summas in redditu non tangit ipsius donationis substantiam ab initio consistentem in integro dicto reddito, seu bonis illorum fructantibus, sed percutit solum accidentalem dilacionem exequucionis, vel effectuationis in parte, tanquam per speciem reservacionis usufructus, vel alimentorum ipsius Donatricis, donec viveret.

Praeterea advertendum, quod etiam in priori parte conventionis super redditu scutorum trium millium, ex tunc incipere debente, nulla fuerit mentio filiarum, sed filiorum in genere masculino, sub quo concepti feminum, dum non oriuntur in sensu grammat. cal. sed literali verborum, dum potius illud excluditur, sed provenit a quadam benigna legis interpretatione attendenda in dubio, & quatenus non urgeant contrariae praesumptions, & coniecturae, facilius admittende in contractibus, alique actibus inter vivos, in quibus potius regula generalis est in oppositum pro exclusione dictae benignae interpretationis regulariter intrantibus ultimis voluntatibus, ex adco frequenter superius insinuat, penaeque in omnibus alii materiis, cum sit hodie in jure notorium.

Exinde autem sequitur, quod cum versemur in casu dubio, in quo etiam in hujusmodi actibus irretactibilibus ejusdem donatoris, vel alterius contrahentis declarationis, & proprii interesse suspicionem, ac bene administrata sit, ut in praesenti ob quampura administrativa, ex quibus hanc veritatem manibus palpabilem reddi dicebam.

Primò nempe, ob dictam restrictionem contentam in eisdem capitulis, occasione agendi de casu in quo redditus efficeretur major; Secundo, ob dictam discretivam foeminarum, de quarum dotatione actum est; Tertio, ob dispositionem Cardinalis Petri, a quo proveniunt pro majori parte casta, & bona istum conventum redditum fructantia; Quarto, ob nimiam versimilitudinem, quoniam speciem apertae probationis resulantem ab hujus domus consuetudine jam introducta, & explicata per dictam conventionalem erectioem primogeniturae, qua inter fratres adhuc juvenes, penaeque adolescentens lequata fuit ex suasionibus, & prudentibus consilijs dictae Olympiae matris, & Cardinalis avunculi, qui mortens eandem explicavit voluntatem; Et quinto plenissime, & convincente, quoniam non agitur de declaratione pro solum donatorem clam facta, juxta casus de quibus in praecedentibus, & magis ad rem supra d. disc. 138. cum plurius sequent. sed intra breve spatium facta, publice, & palam coram ipso conjunctis, qui dicuntur in hujusmodi donationibus intercessari, d. disc. 2. cum seqq. de donation.

Ea quoque ad exuberantiam altera consideracione accedente, quod in capitulis non continetur donatio jam perfecta; sed solum promissio relativa ad alium actum explicandum pro publicum instrumentum faciendum cum fo-

Jemmitibus statutis, & a quo actu validitatem, ac perfectionem recipere debere in partium intentione fuit; Potissimum quia attento illo tempore, adhuc firma non erat conclusio, quod hujusmodi species donationis non subiaceret solemnitatibus statutis, juxta casum, de quo supra disc. 140. Quidquid enim sit de hoc puncto, quando de illo principaliter agendum esset ad effectum validitatis, vel invaliditatis actus, ac etiam de altero puncto promissionis de donando, an habenda sit pro donatione, & excludat penitentiam, juxta magistralem in his terminis dec. 1951. Coccin. repetit. dec. 58. par. 5. recent. cum aliis, de quibus supra d. disc. 140. & in aliis ibi proximis, ac alibi.

Atamen id nimium considerabile dicebam, ad effectum regulandi Partium, & praesertim Donatricis voluntatem, quod scilicet in mente tunc haberetur actus tanquam imperfectus a futuro, & conscienndo instrumento perficiendus, & propterea opinatum fuerit in ipso instrumento perficiente id, quod in animo haberetur non circa substantiam, sed circa hujusmodi accidentia explicandum fore juxta ponderationes, de quibus in specialibus terminis donationis contemplatione matrimonii supra disc. 137. & seq. & generaliter d. disc. 179. & disc. 118. eod. tit. & alibi; licetque his omnibus simul juncis reflectendo etiam ad solam veritatem videbatur, quod haec praesentio omnino injusta, & idealis censenda esset.

Alteram demum erat praesentio Atractis super paterna portione argentorum, gemmarum, & suppellectilium, aliorumque mobilium, ac pecuniarum, & nonnum debitorum in dicta conventionali primogenitura non comprehensorum, sed pariter eam parum probabilem esse adhibebam; Tum quia non constabat, an illa remansissent penes Jo. Georgium, vel Hippolytum Principissae ree conventae avthores, cum idem Petrus vivens potuerit illa dissipare, seu aliis de eis disponere; Tum etiam ex facto, quod scilicet ipsi hereditatis debita, & onera, praesertim ex causa restitutionis dotis, & lucti, ac funerum, & alia, probabiliter hujusmodi portionis valorem adequabant, & excedebant; Et nihilominus si quid superesse ediceretur, longe absorptum non maneret a praedictis legatis adeo notabilis summe, quae sine dubio nedum adaequatur, sed exuberanter importaret competentiam; Ac propterea exclusiva remaneat injustitia, & sine qua merito petitio rejecta fuit, semperque rejici meretur.

In causis praecedentibus diffusus emanarunt sequentes decisiones.

R. P. D. PAULUTIO

Romana Primogeniturae de Aldobrandinis,

Veneris 10. Decembris 1683.

Quinque fratres ex Nobilissima Aldobrandina familia nepotes sanct. mem. Clementis VIII. Pontificis vere Optimi Maximi, anno 1611. Donationem inter vivos irrevocabilem fecerunt, primum Joanni Georgio fratri majori cum erectione primogeniturae perpetuae de primogenito in primogenitum, exclusivae absolute, & perpetuae feminis, usque sola doterelicta, & Ecclesiasticis personis, sed cum aliquali moderamine, & ita hanc primogenituram insituerunt, ut perpetuam, & nunquam de futuram meditarentur.

Sed Numini visum, ut cum Plinio, quae spectatissime florent, cito marcescant, ac inter innumera, & hoc pro fratre humane caducitatis exemplum; Nam Institutores primogenituram, quorum major 21. aetatis agebat annum spatium 27. annorum decederunt omnes, nullo post se relicto masculo; Unde primogenitura pro masculis erecta, ad perpetuum agnationis splendorem, sine ullo in masculos progressu remansit.

Post omnes fratres, & masculos successit D. Olympia Aldobrandina Principissa Rosani, filia Joannis Georgii, in qua omnia bona familiae Aldobrandinae migrarunt, & quae nupta primum Principi Paulo Burghesio, suscepit ex eo Principem Jo. Baptistam, & soluto per mortem matrimonio, transiit ad secundam vota, nuptis Principi Don Camillo Pamphilio, cui Dotis nomine, omnia praedicta bona tradidit, & ex eo inter ceteros habuit Principem Jo. Baptistam Pamphiliolum primogenitum, qui post mortem patris, tanquam haeres omnium eorumdem bonorum possessionem accepit, eamque sub certa lege, & declaratione retro cessit Principissae Olympiae matri durante ejus vita.

Obiit Principissa mater, & in suo testamento Principi Jo. Baptistae Pamphilio restituit omnium bonorum Domus Al-

dobrandinae sibi jam retro cessam possessionem, & cum clausula constituti declaravit ante obitum se ejus nomine possidere, & Principes acceptavit.

In hoc reum statu, D. Anna Maria Aldobrandina filia D. Petri Aldobrandini unius ex fratribus Institutoribus Primogeniturae Marchionis de Sanctinellis tanquam unica perpessus ex familia Aldobrandina, adfrens sibi debitam successorem, in primogenitura immisionem petiit extrajudicialiter, ac nemine citato coram A. C. Cavallero, & vigore mandati ejusdem cum solita clausula, & domo possessio sit vacans, & sine praedicta habentium meliora, & jura iura, fuit immissa in possessionem bonorum primogeniturae, ac iudicium manutionis indituit.

Se opposuerunt Principes Burghesius, & Pamphilius, inter quos fuit communicata possessio per concordiam, facta que A. C. Joannini suspensione petitorii, & possessorii ordinarii, pro eoque Locum tenente, me in Judicem deputavit; Assumpta causa in summariis possessionis, subscripti dubium, an & cui sit danda manutentio.

Proposuit hodie ejus disceptationem, in qua manutentionem debitam D. Annae Mariae suaderi haec videbantur.

Ipa enim Iudicii autoritate, possessionem est adepta, iustaque possidet, nam iuste possidet, qui auctore Praetore possidet, i. iuste possidet, ff. de acquir. vel admitt. possess. eoque iustus, quo titulum ipsi asserere pretendebat ex Instrumento possessionis, seu primogeniturae cum clausula Constituti, quam Authores primogeniturae constituerunt se possidere pro omnibus successibus in primogenitura eorum nomine acceptante, Notario, Gregorio dec. 437. n. 1. Rota penes Posth. de manu. dec. 170. n. 3. quae sane utraque possessio eorumque auctore alteri est praeferrenda, & eique debita manutentio.

Neque officere potest, quod de tempore adepte possessionis, possessio ipsa non esset vacua, ex quo bon. mem. Card. de Luca mandato expresse, & nomine Sanctissimi possessionem omnium bonorum avocasset. Dumozet. Jun. dec. 790. n. 9. & dec. 763. n. 3. pariter 90. Quia hujusmodi avocationis exceptio apta non est removere manutentionem possidenti, Posth. de manu. obs. 60. n. 1. Rot. dec. 64. n. 3. p. 2. divers. n. 1. de manu. obs. 60. n. 1. Rot. dec. 411. n. 12. p. 16. rec. dec. 335. n. 1. confirmata dec. 336. p. 9. rec. & apud Posth. de manu. dec. 57. n. 14. Posth. de manu. obs. 20. n. 70. & 78. Du noz. Jun. dec. 993. n. 1.

Non attento quod utraque haec possessio tam Principis ac aditione hereditatis paterna, quam altera translata in ipsum ex Testamento Principissae Matris non fuerit iure domini, sed iure pignoris pro obtinenda satisfactio creditorum, quae habebat Princeps contra bona Aldobrandina, quia prima possessio ex aditione hereditatis paterna fuit adepta absolute, & absque ulla relatione ad credita, ut ex redditu supra verbis ex Summ. n. 13. & quavis bona, quorum possessionem fuit adepta, essent dotalia D. Principissae Rosani, & soluto matrimonio per mortem Principis Viri, factus esset locus restitutionis, nihilominus remanebat adhuc possessio in hereditate Viri, usquequod per dictam Principissam fieret actualiter prehensio, & ideo recte ad Principem aduente hereditatem Patris fuit capta possessio, Posth. de manu. obs. 53. n. 108. & obs. 62. n. 4. Burat. dec. 609. n. 6. & dec. 623. n. 2. Urceol. consulti. 10. n. 3. & consulti. 92. n. 31. dec. Rota penes Posth. de manu. dec. 325. n. 2. dec. 181. n. 5. p. 17. rec.

Altera vero per Testamentum Principissae Matris nec fuit restricta ad credita, quia quavis ipsa expresserit causam, quae ipsam inducibat ad actum illum per illa verba - *Desiderando si correspondere al favore di lasciarmi godere li crediti &c. senza pregiudizio del possesso, che detto Signor Principe ha &c.* Atamen in dispositiva non restringit translationem d. possessionis ad eadem credita, sed eam ampliat, & extendit ad omnem, & quemcumque modum, & titulum possidendi ibi - *per ogni miglior modo, ut in d. Summ. numer. 16.*

Et omnem scrupulum hujus possessionis iure pignoris adimere dicebat declaratio facta per eundem Principem vivente adhuc Principissa Matre, quod intendebat cumulare omnem, & quemcumque titulum, & omnem, & quemcumque causam possidendi etiam iure domini, & nomine proprio, Summ. n. 18. versus finem, quae facta declaratio efficit, & licita, & pro ea stat praesumptio, si super veniat novus titulus, nec confit de voluntate contraria Rot. dec. 97. num. 4. & 5. p. 5. res. & coram D. Otthob. dec. 104. num. 12. & 13.

Expensis attende disceptantium hincinde momenti a me consulti DD. Coadjutores adjudicandam manutentionem D. Principibus Pamphilio, & Burghesio censuerunt; ex fundamentis enim D. Annae Mariae nullam possessionem agnovverunt, pro eorum manutentione possit responderi.

Non capta illic post obitum Principissae Rosani cum iudicii autoritate, & mandato, quia nulla est, & irrita duplici nomine; Tum quia possidebat Princeps Pamphilius,

se concordat D. Principi Burghesio indubitabilis; liquidem exhibetur ad oculum adepta possessio, & continuata usque in praesens ab ipso Principe Pamphilio; Is enim illic post obitum cl. m. Principis Camilli Pamphilius Genitoris vigore mandati A. C. Areolii fuit immissus in possessionem omnium, & quorumcumque bonorum stabiliu, mobiliu, & aliorum per cl. mem. D. Principem Pamphiliu tempore sui obitus quomodolibet, & quocumque titulo possessorum, usquequod possit, & existentium Summ. n. 13. & interea etiam omnium bonorum familiae Aldobrandinae, & quavis eandem possessionem Principissae Matri restituerit, id tamen fecit cum clausula ad tempus ejus vitae durantis, eo adjecto, quod evenerit tempus Matris obitu, continue restitueret in eadem possessione perinde, ac si ea restituitio facta non esset, & Mater hanc restitutionem sic limitatam, & temporaneam acceptavit cum debitis solemnitatibus, & cum clausula constituti, Praecati ad favorem Principis, ut in Summ. n. 14. & subinde inherendo eidem restitutionis sic limitatae, & qualitate eandem possessionem fuit adepta, Summ. n. 15. & tandem in eius Testamento circa eandem possessionem infra verba dispositi, senza pregiudizio del possesso di detto Principe Pamphilio preso nell' beni della Casa Aldobrandina, & io ancora per ogni miglior fine costituitio detto Principe nel possesso di tutti, & singoli beni della detta Casa, che di presente io possiedo col' efficacia della clausula del Constituto in ogni piu valido, & miglior modo, Summ. n. 16.

Neque sic translata possessio fuit ab ipso Principe, vivente adhuc Matre, & specialiter acceptata, cumulando omnem, & quemcumque causam, ac titulum possidendi, Summ. n. 18. quae stant actuali, & incontrovertibili possessione, Principi possidenti debita dicebat manutentio, & retinenda infuit, ut de inter dict. Rot. dec. 411. n. 12. p. 16. rec. dec. 335. n. 1. confirmata dec. 336. p. 9. rec. & apud Posth. de manu. dec. 57. n. 14. Posth. de manu. obs. 20. n. 70. & 78. Du noz. Jun. dec. 993. n. 1.

Non attento quod utraque haec possessio tam Principis ac aditione hereditatis paterna, quam altera translata in ipsum ex Testamento Principissae Matris non fuerit iure domini, sed iure pignoris pro obtinenda satisfactio creditorum, quae habebat Princeps contra bona Aldobrandina, quia prima possessio ex aditione hereditatis paterna fuit adepta absolute, & absque ulla relatione ad credita, ut ex redditu supra verbis ex Summ. n. 13. & quavis bona, quorum possessionem fuit adepta, essent dotalia D. Principissae Rosani, & soluto matrimonio per mortem Principis Viri, factus esset locus restitutionis, nihilominus remanebat adhuc possessio in hereditate Viri, usquequod per dictam Principissam fieret actualiter prehensio, & ideo recte ad Principem aduente hereditatem Patris fuit capta possessio, Posth. de manu. obs. 53. n. 108. & obs. 62. n. 4. Burat. dec. 609. n. 6. & dec. 623. n. 2. Urceol. consulti. 10. n. 3. & consulti. 92. n. 31. dec. Rota penes Posth. de manu. dec. 325. n. 2. dec. 181. n. 5. p. 17. rec.

Alter vero per Testamentum Principissae Matris nec fuit restricta ad credita, quia quavis ipsa expresserit causam, quae ipsam inducibat ad actum illum per illa verba - *Desiderando si correspondere al favore di lasciarmi godere li crediti &c. senza pregiudizio del possesso, che detto Signor Principe ha &c.* Atamen in dispositiva non restringit translationem d. possessionis ad eadem credita, sed eam ampliat, & extendit ad omnem, & quemcumque modum, & titulum possidendi ibi - *per ogni miglior modo, ut in d. Summ. numer. 16.*

Et omnem scrupulum hujus possessionis iure pignoris adimere dicebat declaratio facta per eundem Principem vivente adhuc Principissa Matre, quod intendebat cumulare omnem, & quemcumque titulum, & omnem, & quemcumque causam possidendi etiam iure domini, & nomine proprio, Summ. n. 18. versus finem, quae facta declaratio efficit, & licita, & pro ea stat praesumptio, si super veniat novus titulus, nec confit de voluntate contraria Rot. dec. 97. num. 4. & 5. p. 5. res. & coram D. Otthob. dec. 104. num. 12. & 13.

Expensis attende disceptantium hincinde momenti a me consulti DD. Coadjutores adjudicandam manutentionem D. Principibus Pamphilio, & Burghesio censuerunt; ex fundamentis enim D. Annae Mariae nullam possessionem agnovverunt, pro eorum manutentione possit responderi.

Non capta illic post obitum Principissae Rosani cum iudicii autoritate, & mandato, quia nulla est, & irrita duplici nomine; Tum quia possidebat Princeps Pamphilius,

coque non citato non possit acquiri possessio manutentibilis in ejus praedictum, Posth. de manu. obs. 50. n. 4. Rota post eum dec. 189. n. 4. & seq. coram Burat. dec. 511. n. 3. & coram Duno. Jun. dec. 993. n. 25.

Tum etiam, & magis quia per mentem ante Sanctiss. D. Noster Motu proprio possessionem ipsam fuit avocaverat, insubiendo omnibus, & singulis interesse habentibus, vel pretendentibus, ne audent illa se intrinicare; Tum enim actus quicumque gestus nullus est, & attentatus, nec quaesita intelligi potest possessio aliqua manutentibilis, cap. nosstrum, de appell. Gall. praet. obs. 49. cap. 1. n. 1. lib. 1. Lancelotti de attentat. p. 3. c. 31. n. 200. Posth. de manu. obs. 48. n. 28. & per tot. Coccin. dec. 492. n. 4. Rot. dec. 75. num. 3. p. 15. rec.

Neque ignorantia hujus vocationis suffragari potest ad sustinendam captam possessionem, quia ignorans excusatur quidem a culpa attentatorum facti, ac non item a nullitate actus, & attentati Juri, Panormi. ad l. cum M. Ferrarien. n. 33. de consit. Rojas dec. 242. n. 5. Celf. dec. 92. n. 2. dec. 177. n. 4. Eminentiss. Cerrade dec. 132. n. 13. & dec. 337. n. 15. habet enim haec avocatio vim inhibicionis, & inscitur omnia postea gesta etiam ab Ignorante, Rota dec. 343. n. 3. part. 6. dec. 52. n. 9. & 10. p. 1. rec. & coram Bichio dec. 591. n. 3. potissimum facto ad Principe Supremo Motu proprio ad evitanda scandala, quae possent obvenire. A. J. semini. 5. finier. & l. equissimum. ff. de usufruct. Rota in praesentis decisionibus coram Bich. 502. num. 3.

Sed inane est huic effectui avocationis insistere, quando bonae memoriae Card. de Luca sic captam a Domina Anna Maria possessionem revocavit tanquam nullam, & attentatam, & quod magis est, S. D. N. in speciali Chyrogapho restituens possessionem avocavit Principibus confirmavit, & servari mandavit, quidquid fuit gestum a dicto Card. de Luca tanquam gestum de expresse ordine, & mandato Sanctitatis Suae iussit bonorum possessionem restitui DD. Principibus Pamphilio, & Burghesio cum clausula *substanta &c. & Decreto irritanti*. Clausula autem *substanta &c.* admittit omnem facultatem Iudici, & Parti contrarium petendi, & alteri iudicandi, Grat. discept. 791. n. 12. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 66. numer. 3. Et decretum irritans inscitur possessionem, Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 27. num. 42. five capta fuerit cum scientia, five cum ignorantia, Lotter. ubi supra lib. 1. qu. 24. num. 76. Paris. de resignat. Benefic. lib. 3. qu. ult. n. 200. Rot. dec. 260. num. 17. p. 17. rec.

Et sane restitutione hanc possessionis fieri Principibus decebat, alias enim (dicebat unum ex Dominis) restitueret ipse ipsa injuria, quia ex reverentia debita avocationis factae a Principe se abstinerunt a capiendi possessione, quavis alias aequo bene ac D. Anna Maria praeventivè capere possissent, ne inde injuriam nascatur occasio, unde Jura nascuntur, *I. meminere, C. unde vi*; quibus attentis iustitiam quidquid de non facta inhibitione a D. Card. de Luca, & non servatis finibus mandati exaggerabatur.

Neque vis illa fieri potest in eo, quod Sanctissimus in Chyrogapho praeservaverit omnia Jura D. Annae Mariae tam in petitorio, quam in possessorio; quia ultra quod haec Clausula est literaliter restricta ad Clausulas appositas in Primogenitura anni 1611. ut ex ipso Chyrogapho in fine.

Non potest certe intelligi de alio praedictio, quam expressio, neque potest referri ad possessionem, quam Papa avocavit, & prohibuit a quocumque capi. Gratian. discept. 867. n. 19. Barbof. claus. 157. n. 5. & seq. Burat. dec. 375. n. 8. Pamph. dec. 629. n. 4. Rot. dec. 192. n. 6. p. 1. & dec. 720. n. 6. p. 3. rec. & coram Priolo dec. 452. n. 14.

Nimium enim secum pugnet Chyrogaphum, si Sanctissimus avocasset possessionem, & prohibisset a quocumque capi, & simul voluisset praeservare possessionem captam in spretum avocationis, & prohibitionis a se ipso factae, Seraph. dec. 398. num. 17. plures congerit Barbof. d. claus. 157. num. 14.

Unde possessioni captae utrumque Authore Praetore, & cum mandato Iudici, non est assignabilis manutentio, cum fuerit nulla, & annullata, & non entis nulla sunt qualitates, *l. ejus in Provincia, ff. si cert. petatur.*

Minusque praesentis avocationis ex clausula constituti inserta Instrumento Primogeniturae adeo ut ejus virtute se possidere asserat in ea possessione manutentio, cum vis hujus clausulae in dispositionibus successibus, ut in fideicommissis expirat in primo vocato, nec ejus virtute intrentur successores possunt remedia possessionis a subinde videtur, Tiraquell. de consit. poss. p. 2. ampliat. 5. n. 2. & 3. Rodolphin. in prax. par. 2. cap. 5. n. 61. cap. 33. Giova. cons. 34. n. 30. lib. 3. Cavelet. dec.

dec. 5. n. 4. Duno. Jun. dec. 993. num. 16. & seq. Eminentiff. Cerrus dec. 224. n. 4. Priol. dec. 21. n. 13. Rot. decif. 29. n. 12. & dec. 465. num. 3. p. 13. rec.

Et aptissima est ratio, quia cum possessio sit facti, potest quidem constitui, & quousque vivit, possidere nomine Donatarii, seu Constituti, & non potest conferre effectum huius clausule trans hominem (ut ait Quintilianus) & in tempus, quo ipse desit esse, nec amplius possidet, aut possidere potest, cum moris omnia solvat, §. Deinceps, aurb. de nupt.

Et si velit D. Anna Maria iuvare clausula constituti inferre Primogenituram in gratiam omnium vocatorum, primo probare debet se ad Primogenituram ipsam esse vocatam, nec aliter potest manentem in possessione petere, & obtinere, tamquam pendemem a titulo Primogenituræ, seu fideicommissi, quam examinaretur purificatio ad eius favore petentis manentem, Rot. coram Eminentiff. Cerr. dec. 224. n. 5. & dec. 356. n. 7. p. 9. tom. 2. rec. quæ requisitis extra præsens Judicium est.

Potissimum & cum passa sit bona ipsius Primogenituræ acquiri & possideri à D. Principissa Rossani non tanquam majore natu, sed tanquam hærede Testamentaria Joannis Georgii Patris, & Cardinalis Hyppoliti Aldobrandini Patris ultimi ex masculis, ut ex Summario Principis n. 1. & 2. Idque spatio 40. annorum, quæ sanè consideratio ipsam repellit ab omni Jure, & effectu Clausule Constituti, & à petitione manentis, Posth. de manu. observ. 20. num. 39. Gratian. discept. 954. num. 5. & seq. Rot. decif. 357. n. 7. par. 19. recent.

Et ita fuit conclusum utraque &c.

### R. P. D. PAULUCCIO.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Veneris 6. Aprilis 1685.

Uspenso ex decreto Judicis quocumque alio Judicio, tam petitorio, quam possessorio, æquè ad merum summarissimum possessorem redacta, disceptatum fuit sub die 10. Decembris 1683. inter D. Principes Jo. Baptistam Pamphilium, & Burghesium, cui ab eodem fere communicata omnia Jura, & D. Annam Mariam Aldobrandinam, qui omnes possidere se bona Primogenituræ afferbant, cum eam ex ipsa danda esset manentis, & me proponentem, fuit responsum, dandam DD. Principibus.

Concessa nova Audiencia D. Annæ Mariæ, reasumpta fuit hodie eadem disputatio sub dubio; An sit standum, vel recedendum à decisio, & standum in decisio, fuit conclusum.

Repetita fuerunt hinc inde omnia fundamenta aliàs adducta, & probatur DD. fundamenta prædictæ decisionis cum solutionibus, quæ datæ fuere allatis pro D. Anna Maria.

Institute enim ipsa Possessione à se adeptæ autoritate Judicis l. i. si quis possidet, ff. de acquir. vel amit. possess. cum fundamentum, ac robur addere videbatur, quod institutores Primogenituræ in Instrumento expresse constituerant, se possidere pro successoribus, eorum nomine stipulante Notario; unde adesse ipsi afferbatur possessio juncta titulo, ideoque manentio.

Sed hæc non suffragari ad intentum sunt visæ, non capta Judicis autoritate possessione; Quia eatenus fuit directa, quatenus sit eadem vacans cum tamen revera non esset, ex quo Princeps Pamphilus eam jam acquisiverat statim post obitum Patris, nec unquam dimiserat, nisi limitatè, resolutivè, & ad tempus, & idem ipso non citato acquiri non poterat per D. Annam Mariam.

Non titulus, seu possessio competens in vim clausule, constituti inferre Instrumento Primogenituræ, quia hoc beneficium expirat in primo vocato, ut firmat præcedens decisio, §. minusque, & eatenus competit, quatenus consistet de comprehensione in Primogenitura, unde non docto de ea, inanis est hujus testamenti favor, cum nec intretin hoc Judicio meri Possessorij hujusmodi inspectio, Rota cor. Eminentiff. Cerr. decif. 1241. numer. 5. & decif. 356. num. 7. part. 9. recent.

Quo utroque deficiente fundamento, remanent in suo robore, quæ pro Principibus, & eorum manentione ponderata fuere.

Et primo quod possessio capta per Principem Pamphilium statim ab obitu Principis Camilli Patris, non fuerit tanquam Creditoris, & Jure pignoris, sed Jure Domini; Idem evincit facti ipsius evidentia, quia adeptus est pos-

sessionem omnium bonorum per Principem Camillum Patrem ubilibet, & quomodolibet hypothecæ, siquæ nulla expressa facta pignoris, vel possessio, licet afferatur actioes contra bona dotata Paris pro Creditis tantum competisse, idem omni Jure, quo poterat apprehendisse dicendum est, & precipue Jure hereditario, quia bona post mortem Principis Camilli in sua hereditate permanserunt, Posth. de manu. observ. 53. n. 108. & observ. 62. n. 4. in fine, Rot. cor. Burat. decif. 609. num. 6. in recent. decif. 187. nu. 5. part. 17. & post Post. de manu. decif. 321. nu. 2.

Nec cecidit à possessione, quia eam restituit favore Principisse Matris, quia restituitio fuit concepta ad tempus cum clausula resolutiva eveniente casu obitus, & cum specialissima preservatione, quod in casu obitus Partes remaneant in eodem statu, sunt verba Instrumenti in quo de presenti reperitur etiam circa possessionem, tam civilem quam naturalem manentionem, ac retentionem, adeo ut per presentem actum in nihil dicatur Partibus prejudicatum, ideoque per obitum Matris, Princeps in eodem statu remansit prout ante dimissionem possessionis, Gratian. discept. 310. nu. 75. Posth. de manu. observ. 64. n. 14. quemadmodum Rot. post eundem dec. 635. n. 17.

Ideoque possessio non amissa, non fuit opus nova acquisitione, nec locus est dispositioni tex. l. si quis 17. ff. de acqu. vel amit. possess. quia ibi faciendæ erant restitutio, hic vero actus sine ulla restitutione resolvitur, & in obitu Principisse ad Excellentiff. D. Principem illud possessio reddit vigore Clausule Constituti, Honde. conf. 22. num. 10. Anton. de Amat. resol. 39. num. 78. Rota apud Posth. de manu. decif. 28. num. 6. & coram Eminentiff. Cerr. decif. 606. nu. 4. siquæ possessio capta vigore mandati A. C. Cavallatini cum restrictiva dummodo sit vacans &c. fuit nulla, nec manentibilis, Posth. de manu. observ. 50. nu. 4. & 5. Rot. post eundem dec. 320. num. 4. coram Bich. decif. 513. num. 3. cor. Burat. decif. 299. num. 6. & in recent. dec. 24. a. num. 2. ad part. 16. vel quia nunquam Princeps ad summum resolutivè, & ad tempus recessit, quo casu lapso tempore debetur manentio l. 1. in principio, & §. fin. ff. uti possit. Rot. dec. 606. num. 4. & decif. 214. num. 6. apud Posth. de manu. Vel quia data etiam absoluta translatione possessionis in Principissam Matrem, ista per ejusdem Matris cessationem, quo nomine filii constituit se possidere, reddit ad filium, & est manentibilis vigore d. Clausule Rot. decif. 335. numer. 9. decif. 356. num. 11. 12. part. 9. recent. & coram Duno. Jun. decif. 993. numer. 1. & Principis filium translantam possessionem adhuc matre vivente specialiter acceptavit, cum iudicio omnem, & quancumque causam, ac titulum possidendi.

Sicut, neque urget in contrarium objectum, quod preservatio Principis non poterit operari circa possessionem naturalem, sed tantum circa civilem, & illa non secuta consolidatione, cum naturali spatio decennii censeatur amissa; Quia cum D. Princeps utramque possessionem habuerit, utramque sibi preservavit, ibi - circa Possessionem, tam civilem, quam naturalem, & quatenus Civilis tantum remanserit, ipsa ob lapsum temporis non expiravit, quia vivente Principissa, Princeps non poterat petere, & sic neque decennium currere, Burat. decif. 375. num. 11. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 76. num. 13. & in omnem casum suffragaretur translatio Principisse Matris, quæ vigore Clausule omni meliori modo, non subiacet exceptioni à Duceffa excitata, quod scilicet cum Marre ejusdem Principisse defecisset illius ad vitam limitata possessio; unde effectus constituti remanserit inutilis post obitum, ut d. clausula omni meliori modo operatur, & actus conferatur ad tempus habile, & quo possit executionem habere, & tempus habile cum inhabili jungatur, Honde. conf. 144. num. 25. lib. 2. Post. de manu. observ. 20. num. 37.

Quæ omnia agnovit dicta D. Anna Maria; Ipsa enim egit pro consecutione, vel supplemento congruæ dotis contra Principes, qui non nisi ut Possessores poterant conveniri, ideoque ipsi repugnat; Implicat enim, quoad eadem D. Anna Maria possideat, & creditum contra bona possessa exerceat, l. neque Pignus 46. ff. de regul. jur. l. penult. ff. de recept. arbit. §. retinendos, in fine de interd. ibi - Quia Civis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius à possidente petat, non suffragante processione preservatoris Jurium, & possessionis, quia illa uti contraria factio non potest inducere intentum effectum l. cum plures, §. Locator, ff. locat. Rot. dec. 99. nu. 45. coram Arguell. & coram Corcin. decif. 152. num. 30.

Sed omnia, quæ contra Principum manentionem ad-

duci

duci possint, tollit avocatio possessionis facta ad Sanctissimum, quæ vim inhibitionis habuit, & possessionem captam annullavit, Rota coram Duno. Jun. dec. 740. a. n. 9. usque ad 15. & omnia postea gesta inferre, etiam si D. Anna Maria vellet ignorare se tueri, Rot. dec. 343. n. 14. & 15. & dec. 592. 10. p. 1. rec. & coram Bich. dec. 584. n. 14. & 15. & dec. 592. n. 3. prout illa Card. de Luca nulla, & attentata declaravit; cui declarationi opponi non potest, quod fuerit attentata ex declaratione Cardinalis habuit mandatum de avocando, sed prævia inhibitione, eaque non facta, nihil est, quod impediret, quo minus D. Anna Maria Possessionem acciperet, quia in facto de actuali vocatione constat ex illis verbis prædicti Card. de Luca, qui habuit à Sanctissimo commissionem ibi - Avocamus, & referamus. & pro avocata, & reservata haberi volumus, Summario Principum præterite positionis n. 10.

Nec de commissione dubitari potest, cum de ea aperte testetur subsecutus Chirographum Sanctissimi, quoniam in ipsius veritas emergit à subsecuto Chirographo Sanctissimi Sæc. ibi - ordinatissimo al Cardinali de Luca, che preventivamente avocasse il possesso di tutti li beni &c. Summario præterito nu. 12. quo casu non erat opus citatione, nec ignorantia excusat D. Annam Mariam, quia excusat quidem à culpa, non verò à nullitate actus, ut punctualiter firmat allegata in præcedenti decisione, §. neque ignorantia.

Tandem omnibus robur addidit Chirographum per quod gesta à Cardin. de Luca approbavit; unde possessio D. Annæ Mariæ per dictum Cardinalem avocata, evanuit, & Principibus sibi acquisita stante expressa illius concessione, cum Clausula sublatæ &c. & decreto irritatis; Tunc enim admittitur in contrarium judicandi facultas, Gratian. discept. 791. n. 12. Gonz. ad regul. 8. glo. 66. n. 3. & possessio aliàs capta inscribit Rot. dec. 260. n. 17. p. 17. recent. abique eo quod præfervatio Jurium D. Annæ Mariæ in Chirographo inserta prodesse possit pro manentione; quia non potest referri nisi ad illa, quæ sunt extra controversiam possessionem, dum illam Papa avocavit, & prohibuit à quo cumque capri; nisi enim sibi adverteretur Chirographum, si præfervaret Possessionem captam in spremum inhibitionis, quam inhibitionem in eodem Chirographo confirmavit, & laudavit, Seraph. dec. 38. nu. 18. cum aliis adductis in decisione, quæ revidetur, §. neque vis, cum seq.

Quo verò ad alia, quæ reperiuntur ex parte D. Annæ Mariæ, placentur DD. rēponsoes præcedentis decisionis, quam in presenti in omnibus approbarunt, & præsertim in ea parte quod D. Principissa ultimo loco defunctæ possessionem bonorum dictæ primogenituræ adepta fuit, & in ea usque ad obitum continuavit, non quidem uti major natu, sed tanquam hære testamentaria Joannis Georgii Patris, & Cardinalis, Hipoliti Patris iuxta probationes adductas ex parte dd. DD. Principum in prima disputatione, aliaque plures in prægenti supradictas.

Et ita urget &c.

### R. P. D. URSINO.

Romana Primogenituræ de Aldobrandinis.

Veneris 20. Junii 1687.

Defuncto in obidione Canisii cl. mem. Joanne Francisc. O. Aldobrandino, dum copios auxiliarius Rodulphi Celarius Dux Generalis in Pannonia præfessit; quatuor ejus filii majores, & ab incestato heredes nimirum Cardinalis Silvester, Joannes Georgius, Hippolytus, & Aldobrandinus pro oculis, cum maxime habentes conservatoriam, & ampliationem eorum Nobilissime Aldobrandinæ Familie, & Agnationis, & providè simul ponderantes, quod Familie nobilitas, ut virtute, & rebus præclare gestis custoditur, ita divitiis, & opibus tanquam opportunis ad minuculis conservatur, & ampliatur, quodque id facilius consequi contingat, cum facultates non dividuntur, sed unitim in unica, eademque persona integrè coacervantur, & propagantur unanimo voto de anno 1611. dederunt ad stipulationem perpetuè, & irrevocabilis donationis de omnibus Castri, & bonis pro indiviso possessis, & in Inventario in fine Instrumenti inserto distinctim enumeratis ad favorem Majoratus, seu Primogenituræ, quam ibidem perpetuam exereant, & instituerunt, primo quidem loco in personam Principis Joannis Georgii, illiusque Primogeniti, filii nepotis, pronepotis, aliorumque descendendum de Primogenito in Primogenitum servato semper gradu, & ordine Primogenituræ in perpetuum, & infinitum. Dicto autem Joanne Georgio, ejuque Primogeniti linea masculi-

lina, & descendibus ex ea masculis non extantibus, vel extantibus, & postea quomodocumque deficientibus, & extinctis voluerunt, quod successio in eisdem bonis devolveretur ad Secundogenitum ejuum Principis, & successivè in omnes, & singulos ejus descendentes masculos, servato eodem ordine, & gradu Primogenituræ. Idemque disposuerunt deficiente hujus linea masculina ad favorem Tertii, & ulterius generi usque ad totalem, & omnimodam deficientiam, & extinctionem omnium descendendum masculorum præfati Principis Joannis Georgii, penitus exclusis legitimatis, ac feminis, aut ex feminis descendibus; in defectum autem dictæ linee. Secundo loco vocarunt Cardinalem Hippolytum, & deinde Priorem Aldobrandinum utrumque tunc temporis in statu laicali existentem, & demum Petrum quintum fratrem natu minorem, quatenus iste major effectus donationem præfata ratificaverit, ejuque portionem Primogenituræ submisserit, & singulorum omnium descendentes masculos de Primogenito in Primogenitum, servato eodem Primogenituræ ordine, gradu, & modo, quo supra de linea Jo. Georgii dispositum fuerat.

Utque bona prædicta semper integra conservarentur in eorum domo, & agnatione post ordinatas omnes præmissas substitutiones ab eadem donatione, & Primogenitura, excluderent perpetuè, & absolute quælibet ex ipsis Donatoribus, vel successoribus, qui fuerit in Sacris Ordinibus constitutus, sive professus in aliqua Religione, etiam Militari cum voto Castitatis, necnon pariter omnes, & quancumque feminas, & descendentes ex eis sufficienti illis alimentorum subministratorem, congrua his dote relicta, & demum omnibus, & singulis in ea vocatis, atque comprehensis prohiberent detractionem, & diminutionem bonorum ratione legitimæ, & Trebellianicæ inofficiose donationis, & melioramentorum utilium, & necessariorum, necnon quancumque alienationem, distractionem, & hypotheconemque ex qualibet causa decedaria, & urgentissima dotium etiam restituendum, & præstationis alimentorum faciendæ secundo, & ulterius generis, pro quibus omnibus particulare multiplicem fecit. 10. mil. ad hunc præfatum effectum per totum demandatum Consilio; quemadmodum cuncta hæc latius habentur in Primogenitura, sive donatione impressa ad Partes distributa.

Erecto hujusmodi Majoratu, Princeps Jo. Georgius illius vigore possessionem omnium bonorum adeptus fuit, & Petrus major effectus donationem ratificavit, illiusque legibus suam portionem reddidit obnoxiam.

Ex his quinque fratribus nulli natu sunt filii masculi, cumque prior lucis usum amiserit Cardinalis Silvester, Petrus, & Aldobrandinus, & deinde Joannes Georgius, & Cardinalis Hippolytus, bona omnia Familia Aldobrandina, ut supra donata liberè, & integrè præfervantur in clare memoria Olimpiam Principissam Rossani filiam, & hæredem Testamentarium Principis Joannis Georgii, siquæ Primogenitura tanto studio pro masculis creata ad perpetuum agnationis splendorem in ipsis Institutoribus statim defecit: Usque adeo hominum spes, & judicis spes falluntur, ut dum æternitatem votorum suorum sibi pollicentur, temporis leves etiam mensuræ eis deficient. Nuper autem eadem Principissa defuncta præfata bona mitravertit in Excellentissimos DD. Principes Burghesium, & Pamphilium ejus filios ex primis, & respectivè secundis nuptijs procreatis; Adversus quos insurgens mos Petri unius ex antedictis fratribus Institutoribus Primogenituræ, & tanquam unica superstes de Familia Aldobrandina se vocatam prætendens ad Majoratus successione à me ut Judice ab A. C. deputato dubium generale subterfisi obtinuit - An, & que bona debeantur ex domo Aldobrandina Duceffa Mariæ vigore Jurium, de quibus in actis - coque in hodierna audientia plenè discussio, Domini, quorum judicium in Consilio de memoratissimis, censuerunt nulla bona eidem deberi vigore Primogenituræ, moti ex illius renore, & contextu. Cum enim ibidem femina agnatæ cuiusmodi est Domina Arix non tantum non fuerit dispositivè, vel saltem conditionaliter in aliqua parte vocata, sive comprehensa, sed absolute, & perpetuè exclusæ, exploratè utique est Juris, quod bona omnia Familia Aldobrandina deficientibus masculis libera remanserunt apud eorum hæredes, & successores absque ulla obligatione restituendi feminis non vocatis ad textum in l. cum pater 79. §. liberis in fine, ff. de legat. 2. Gratian. discept. forens. 568. num. 1. & seq. Mantice. de tact. lib. 13. tit. 21. nu. 20. & Rota dec. 203. sub princip. & in fine p. 2. decif. 98. num. 13.

num. 13. & seq. p. 12. dec. 344. num. 22. coram Priolo. & novissime in Ferrar. Bonorum 28. Junii 1686. §. *Probatu itaque* coram me.

Fœminas autem agnatas esse à dicta Primogenitura perpetuè, & absolute exclusas etiam post deficientiam omnium masculinorum satis aperte constitit tum ex verbis expressis Instrumenti, five donationis, tum ex implicita mente, & voluntate fratrum donantium elicta ex pluribus circumstantiis, & conjecturis; tum demum ex subsequuta uniformi observantia, quæ est optima, cuiusque dispositionis interpretres, necnon ex confessione desuper explicita ipsius Domina Ducifæ.

Et quidem ex verbis expressis; siquidem non solum in priori parte Primogenituræ, fol. 7. lit. R. absque ulla limitatione temporis, & restrictione ad ullum gradum, vel ad aliquibus substitutiones, sed per verba, & dictionem comprehendentes omnem, & quemcumque casum fœminæ omnes exclusæ leguntur, sed clariùs etiam in fol. 10. lit. CC. post ordinatos omnes gradus substitutionum, in separata periodo, & oratione generaliter, & absolute excluduntur previa expressione rationis nimirum: *Quia præfisa, & deliberata intentione, & voluntate ipsorum Excellentissimorum Donatorum est, quod Castra, & bona integrè, & perpetuo permanent in dicta eorum Familia Aldobrandina fœminis, & ex fœminis descendentibus semper exclusis;* hæc autem generalis, & generalis fœminarum exclusio sic, ut supra concepta cum ditionibus habentibus tractum perpetuum, & infinitum est indubitanter simplex, & absoluta, itare dicitur per viam regulæ, & operatur, ut ipsæ nullo unquam tempore, nulloque casu, nec in concursu cum masculis, neque in illorum omnium defectum valeant ad successionem hujuscæ Primogenituræ aspirare, ad tradita in specie per Gabriel. conf. 132. n. 5. & 6. lib. 1. Altograd. conf. 96. n. 54. lib. 1. & conf. 13. num. 35. lib. 2. & Rota dec. 274. n. 15. coram Buratto dec. 253. num. 12. coram Priolo dec. 296. num. 1. & seq. coram Dunoz. Jun. dec. 313. num. 17. & 18. p. 10. dec. 309. n. 3. p. 13. dec. 14. num. 11. & seq. dec. 208. num. 9. & dec. 462. num. 16. & seq. p. 14. & dec. 732. num. 5. p. 19. rec. & in Romana fideicommissi. de Tito 16. Februarii 1680. §. *nec replicari* coram Eminentiss. Cardinali Vicecomite, & 21. Junii 1683. §. *non obstat* coram R. P. D. meo Beninca.

Nec substituit, quod dicta fœminarum exclusio in priori parte dispositionis non sit absoluta, & perpetua, nec per viam regulæ Generalis; sed temporalis, & suspensiva ad tempus, donec scilicet linea masculina, & ex ea masculi extiterint, ut potè demandata à Donantibus in medio dispositionis, & dependenter à casu ibidem expresso, quo scilicet linea masculina Joannis Georgii duraret, & ex ea extaret masculi legitimi, & naturales, ibi — *Durante linea masculina legitima, & naturalis ejusdem Joannis Georgii, & ex ea extantibus masculis.*

Et enim perpeno integro Contextu hujus periodi evidenter apparuit verba illa prolata per ablativum absolutum fuisse unicè adjecta ad regulandam successionem, & vocationem lineæ masculinæ Jo. Georgii, quousque ex ea extaret masculi, ibi — *Et illis non extantibus, vel postea extitis;* Nimirum primò, secundo, & tertio genitis Joannis Georgii, de quibus actum fuerat superius, succedant alii ex linea dicti Joannis Georgii, qui Primogenituræ gradatim, & ordine successivo unus post alium in perpetuum, & infinitam durante linea masculina legitima, & naturalis ejusdem Joannis Georgii, & ex ea extantibus masculis legitimis, & naturalibus constante legitimo matrimonio, & de proprio corpore conceptis, & natis in prole masculina, non autem postea legitimatis, vel legitimatis, quos legitimatos, ac etiam legitimatos effectos, una cum filiabus fœminis, aut ex fœminis descendentibus à donatione hujusmodi, ac bonis donatis penitus excluserunt. Ex cuius Orationis contextu cum verba illa *Durante linea* stare noscantur correlative ad vocationem tum precedentes, quod nempe omnes masculi de eadem linea vocati censentur ad succedendum in eisdem bonis, tum subsequentes, quos scilicet alii postea substituti non admittuntur, nisi post deficientiam omnium masculinorum ex linea Joannis Georgii convertere utique nequeunt in temporalem, & comparativam perpetuam fœminarum exclusionem, quo successivè ibidem in periodo separato, & à suo verbo rectè demandata fuit pure, simpliciter, & absolute, absque ulla conditione, aut limitatione respectu temporis, gradus, vel personarum, sed realiter habitum tantum respectu ad donationem, & bona donata, & cum dictione *penitus*, de cuius natura est nullam limitationem, sui distinctionem admittere, sed comprehen-

dere omne tempus, & casum, Roland. consil. 27. numer. 2. lib. 4. Menoch. de reprob. remed. 14. num. 5. Gratian. decif. March. 51. num. 23. Boer. dec. 23. num. 23. & Seraph. decif. 325. num. 17.

Et quatenus etiam dicta fœminarum exclusio in hæc parte dubia adhuc esset, interpretationem, & declarationem recipit ab alia, ut supra per viam regulæ apposita in prohibitionem alienationis, & cum ditione perpetui, & infiniti temporis, ibi — *fœminis, & ex fœminis descendentibus semper exclusis, quæ nullam admittit voluntatis questionem vulg. l. Me. aut ille, ff. de legat. 2.*

Ex implicita autem mente Donantium perpetua, & absoluta earundem fœminarum exclusio resultat. Primò, quia in nulla parte Primogenituræ, five dispositivæ, five conditionalis, five ratiocinativæ leguntur aliqua verba Communia ad fœminas quoquo modo referibilia, neque ulla unquam habita ratio earundem, quoad ipsi succedendi; sed facta ad illarum favorem provisione de congrua dote, in omnibus suis partibus semper vocantur masculi ex masculis ordine Primogenituræ, & quando gradatim sit transitus de una linea ad aliam semper additur qualitas masculinitatis sibi — *Durante, vel extincta linea masculina*, quibus sic stantibus, cum fideicommissum dicatur non solum agnativum, sed simul etiam masculinum ab illius successione exclusæ semper dicitur fœminæ, tam existentibus, quam etiam deficientibus masculis, ut relatis antiquioribus firmant Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 38. & duobus sequentibus, Altograd. conf. 80. num. 91. & seq. lib. 2. Barbat. de fideicommissi. par. 1. cap. 9. numer. 28. & seq. & num. 34. Gabriel. conf. 132. num. 56. & seq. lib. 1. Peregrin. de fideicommissi. art. 14. num. 38. vers. *sed contra*, & decif. 432. num. 4. & seq. par. 2. decif. 226. n. 2. & seq. par. 7. decif. 387. num. 9. & seq. par. 9. & decif. 271. n. 15. usque ad finem, & decif. 454. num. 1. & seq. coram Buratto, & in aliis novissime congetis in Romana, seu Florentina Fideicommissi 1. Junii 1682. §. *Sciatis*, & 5. Aprilis 1683. §. *Enim vero*, coram R. P. D. meo Hervalvut, & 6. Martii 1684. §. *Redacta igitur*, & 9. seq. coram R. P. D. meo Rondinino, & in Ferrar. Bonorum 28. Junii 1686. §. *Et quamvis*, & 12. Maji proxime præteriti, §. *Atque ex his cessat*, coram me.

Et secundo, quia à dicta primogenitura, & donatione fuerunt exclusi, tam masculi, qui essent in Ordinis Sacris Constituti, quam etiam profecti in aliqua Religione etiam militari, addita ratione, quia scilicet ad conservationem, propagationem, & multiplicationem familie à Conditionibus Primogenituræ valde exoptate mediante Sacramento Matrimonii habiles non sunt; Adeoque sicuti Presbyteri, & Milites ordinis regularis fuerunt perpetuò exclusi, ut potè inhabiles ad ampliandam, & propagandam familiam mediante Sacramento Matrimonii, tamen si alii habiles essent ad conservandam agnationem, utque dum viverent, & magis honorificè, & propriè, quam femina agnata; Ita à fortiori istæ exclusæ perpetuò censentur, quippe quæ non solum inhabiles sunt ad propagandam propriam familiam, & agnationem, sed nec etiam omnino aptæ ad eam conservandam, dum nupte considerentur potius ad familiam viri, quam suæ ipsarum. Vel in omnem earum profectum ad utramque, ut ad propositum advertunt Reden. conf. 58. num. 5. Caren. resol. 172. numer. 6. Andr. Carpan. de fideicommissi. mascul. in spec. 2. art. 2. num. 6. & seq. & art. 3. num. 20. Caren. resol. 172. num. 6. & Rota decif. 293. num. 15. coram fan. mem. Greg. XV. decif. 848. num. 2. coram Seraph. decif. 192. num. 22. coram Manzanedo.

Nec implicita hæc donantium voluntas in contrarium favorabilis demonstratur subsidiarie fœminarum vocationi, ex eo, quod in parte proœciali donationis, ex qua causa finali totius dispositio deprehenditur, idem declaraverunt sepe devenisse ad erectionem dictæ primogenituræ pro conservatione agnationis; & familie simpliciter, & absolute, & alibi dixerunt se velite, quod quantum fieri posset familia, & agnatio de Aldobrandinis, ejusque memoria conservaretur, & perpetuaret, sicque tam ex vi dictæ declarationis, quam ex generalitate illorum nominum familiarum, & agnationis; Fœminæ, dicantur saltem per posterius, & in subsidium comprehensionis, cum ipsæ quousque vivunt iura sanguinis, & agnationis conservent, & diutius perpetuent, ad tradita per Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 33. & lib. 3. cap. 4. num. 10. & 12. Greg. Lopez in gloss. Magn. ad leg. 3. quæst. 4. tit. 13. par. 6. Castill. var. tom. 6. cap. 143. §. *unicum* num. 9. Vela differ. 49. num. 70. Rota de incom-

parabil. Reg. & Maiorat. par. 3. cap. 4. per tot. & signanter num. 7. & omnes hi firmant conclusionem procedere etiam si fœminarum sint expressè exclusæ, five simpliciter, five perpetuò, Peregr. de fideicommissi. art. 25. num. 51. vers. *hæc ad do.* & conf. 42. num. 10. vers. *At ubi masculus*, lib. 5. Fular. de substitution. quæst. 342. num. 12. Andreol. centrov. 409. numer. 21. Altograd. Jun. centrov. 38. num. 1. & seq. lib. 1. Card. de Luca de fideicommissi. disc. 40. num. 2. & seq. disc. 45. numer. 10. & disc. 16. num. 5. Capyc. Latr. decif. 103. num. 28. ibique Addem. nu. 1. & seq. & Rota decif. 864. num. 22. & seq. & dec. 890. num. 2. coram Merlino, & decif. 30. n. 5. & seq. coram Eminentiss. Cerro, & decif. 527. nu. 3. & 4. part. 14. & decif. 205. num. 15. par. 16. recent. & in aliis.

Tum quia dicta ratio proœcialis non permanet in perpetua conservatione dumtaxat, sed ulterius progreditur ad ampliationem, seu propagationem familie, & agnationis, que in cæteris primogenituræ partibus fuit pluries repetita, & desiderata expressè etiam modo, mediante scilicet Sacramento Matrimonii; Ampliatio autem, seu propagatio non convenit fœminis, que tamen agnata non ampliant, neque propagant, sed terminant propriam agnationem, cuius latus finis, ut advertunt de Marinis resol. 126. numer. 12. Buccafert. conf. 33. numer. 13. & seq. Altograd. conf. 92. num. 56. & conf. 96. num. 47. lib. 1. Capon. disceptat. 57. num. 50. tom. 1. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 41. Barbat. de fideicommissi. par. 1. cap. 9. num. 29. Card. de Luca de fideicommissi. in Summar. n. 231. vers. *Ex tunc*, & Rota decif. 203. num. 8. ante finem part. 2. decif. 385. num. 5. & decif. 616. num. 16. par. 17. rec.

Tum quia cum tota subsequens dispositio principalis restringatur ad solos masculos de agnatione, & familia, nec fœminas in aliqua parte comprehendat, quinimò absolute, & perpetuò excludat, conservatio, ampliatio, & perpetuatio familie dicitur à dispositivis volita per solos masculos, & per consequens dicta ratio conservationis, & perpetuitatis familie in proœcio, & alibi expressa, tamen generalis, & fœminis agnatis aliquo modo adaptabilis non ampliat, neque extendit fideicommissum, seu primogenituram agnativam, & masculinam ad fœminas ipsas non vocatas, & expressè exclusas, nec etiam post masculorum defectum, sed restringitur, & declarat secundum qualitates, & terminos ipsius dispositionis, cui adnectitur juxta vulg. Decif. consil. 636. num. 3. à Rota sepe receptum, & comprobant Doctores Relati per Menoch. præsumpt. 85. n. 9. lib. 4. & magistraliter Rota in decif. 203. num. 2. & 10. & decif. 217. num. 2. & 3. & 4. & decif. 432. num. 5. par. 2. & dicta decif. 454. ex num. 1. & seq. coram Buratto, & decif. 297. num. 22. & seq. & signanter num. 25. & dec. 807. nu. 12. & seq. par. 18. tom. 2. recent.

Tum denique, quia ad materiæ explicationem DD. advertebant hujusmodi subsidiariam fœminarum admissionem ex voto conservationis, & perpetuationis familie tacite, ut supra desumptum rectè quidem procedere in fideicommissis, & priuogentibus irregularibus, in quibus, vel fœminis expressè, aut sua aliquo termino generali, five comuni, qui cum tota dispositione non repugnet, possunt dici à fideicommittentibus aliquo casu comprehensione, seu ad successionem vocatæ, vel in quibus agnatio non propria, & rigorosa in masculis desideratur, sed simplex, & generalis; in quibus terminis loquuntur DD. Rota decifiones superius in objecto relate exoptant Hispanis, cui cum sententiam hanc ex peculiaribus foras legibus, five constitutionibus Regionis indistinctè sectentur juxta nostros Italia mores in foro nequaquam recipiuntur; At non ita in primogenituris regularibus nimirum ver agnativis, & masculinis, in quibus dispositio ad solos masculos de familia restringitur, & femina nunquam fuerunt vocatæ, nec aliqua adfuit verba communia, quæ sine repugnantia cæterarum partium possint ad fœminas consequè referri, prout est præfens. de qua agitur, in hac enim, & aliis similibus, etiam si femina non fuissent expressè exclusæ, communis Doctorum Italorum invaluit opinio à Sac. Rota approbata, ut femina, nec per posterius, & in subsidium censentur vocatæ ex defectu voluntatis fideicommittentium, tamen si fœminis masculis bona ad extraneos jure hereditario devoluantur, ut superius firmatum fuit in §. *Ex mente autem*, & optime præ cæteris habententiam tuetur, & comprobat Rota in decif. 214. num. 15. et seq. et dec. 454. num. 2. coram Buratto, ubi respondetur contrariis rationibus, & Doctores, et in decif. pariter 203. num. 7. et 8. et decif. 217. num. 1. et decif. 432. num. 4. et seq. part. 2. rec. ubi num. 7. respondendo absurdo in hac causa etiam addu-

do, quod scilicet bona transeant in extraneum ad exclusionem fœminæ agnatæ, inquit illud non esse tale, quia extraneus non venit ex Judicio fideicommittentis, ejusque dispositione ita interpretata, quo casu abardum verum esset, sed finito fideicommissio venit tanquam causam habens ab ultimo mafculo, in quem bona libera remanserunt, & pluribus etiam cumulatis cum distinctione casuum nuper firmatum fuit in dicta Ferrar. Bonorum 28. Junii 1686. §. *Et quamvis*, & 12. Maji proximi præteriti, §. *Atque ex his, coram me.*

Concurrit pariter ultra præmissa subsequuta observantia uniformis, siquidem Princeps Jo. Georgius, & Cardinalis Hippolytus duo ex fratribus Initiatoribus hujuscæ primogenituræ constant præsupponentes perpetuam, & absolutam fœminarum agnatarum exclusionem, & consequenter primogenituram ipsam extingui, & terminari in eorum personis liberè disposuerunt de omnibus bonis aliis eidem subiectis, nova super illis itante fideicommissa, & primogenituras, licet certò scirent, tunc temporis plures fœminas agnatas esse superstites, idemque comprobavit Principissa Olympia Aldobrandina Junior filia, & respectivè neptis dictorum fratrum, quæ possessionem bonorum nacta fuit non quidem ex propria ejus persona, & tanquam ad primogenituram vocata, sed uti filia, & heres testamentaria Jo. Georgii ejus patris, cujus hereditatem adivit mediante persona Procuratoris deputati à Cardinali Hippolyto ipsius Curatore, & post additionem unicum consecit Inventarium omnium bonorum hereditarium ejusdem Patris, licet pro majori charitate, quod folia, & genera bonorum distinctum, ut patet ex datis in ipso Summario Actricis. n. 4. et 5. & clariùs ex originali mihi exhibitio & firmatum fuit in duabus decifionibus aliis in hac causa editis super articulo summarijssimo possessio sub diebus 10. Decembris 1682. & 6. Aprilis 1685. coram bon. mem. Paulutio, in cujus demortui collegæ locum ego subinde sufficit sui, ex observantia enim fideicommissa, & primogenituræ quatenus dubitè optimam recipiunt declarationem, seu interpretationem, ut in specie moment Mierz de majorat. part. 4. q. 20. n. 334. Rota decif. 30. n. 11. apud Censal. ad Peregr. de fideicommissi. et decif. 185. num. 4. par. 5. recent. Potissimum quoties ea provenit, ut in præfati ab ipsismet conditoribus primogenituræ, & à primo vocatis, Caren. resol. 43. num. 28. Bellon. Jun. conf. 18. num. 29. Card. de Luca de donat. disc. 16. num. 13. et disc. 36. num. 18. & in terminis hujus primogenituræ in tract. de fideicommissi. disc. 205. num. 12. in fin. et numer. 21. & Rota decif. 377. num. 44. part. 11. recent.

His denique ad stipulantur, & favet explicita confessio ipsius D. Ducifæ Actricis, quippe, que in interpellatione ejus nomine exequuta de anno 1647. contra bon. mem. Principissam Rossani constant asseruit, quod stante prædicta omnium masculorum primogenitura remaneret extincta, & terminata, quodque idè ad ejus favorem factus fuerat locus reversionis portionis paternæ in dicta universalis donatione comprehensione, ut habetur in Summario dispositionis datæ pro DD. Principibus Burghesio, & Pamphilio num. 2. cui consonat etiam sententia à tribus Cardinalibus per Summum Pontificem specialiter deputatis super tali præsentatione successivè prolata deficienti prædictam donationem irrevocabiliter, & inter vivos factam nulli reversionis esse obnoxiam d. Summario num. 3. & ad stipulantur etiam alia similes assertivæ ejusdem nomine emissæ in informationibus, & scripturis una distributis præfatis tribus Cardinalibus, & in commissione desuper transmissa pro Signatura Gratiæ ad effectum obtinendo restitutionem integram, de quibus docetur in eod. Summario, num. 6. et 7. confessio autem hæc in Judicio non semel à D. Actrice emissa valde sibi præjudicat, itaut primogenituram, quatenus incerta dubiam declaret, & juxtillius confessionem interpretetur, ut inquit Fular. conf. 214. num. 39. in fine, & Rot. decif. 154. n. 13. et seq. coram Eminentiss. Orthonob. & in Maceraten. Fideicommissi 24. Maji 1674. Idque etiam, coram bon. mem. Calataji, & in Bonon. Fideicommissi de Focherariis 3. Junii 1678. & 23. ejusdem 1681. §. *Præfatis*, coram bon. mem. Paulutio, ubi etiam firmat talem confessionem, nec impugnari subinde valere à confidente, nec etiam ab aliis causam ab ipsa habentibus.

Et ita Partibus auditis reclusum fuit, &c.

R. D. EMERIX DECANO.

Romana donationis, seu primogenitura de Aldobrandinis.

Veneris 6. Aprilis 1696.

Lata memoria Cardinalis Sylvester de Aldobrandinis ab illius Titulari Ecclesia, Cardinalis Sancti Cæsarei nuncupatus, aliique ejus Germani factus Joannes Georgius, Hippolytus, & Aldobrandinus prospicientes conseruationi, atque ampliationi clarissime eorum familiae, & agnationis, providere advertens id potissimum assequi posse opibus, & divitiis in unum congestis, quæ ubi forte dividuntur in plures, paulatim decore, ac splendor familiarum declinare solet, nobilesque personæ in eorum nobilitatem, ac dignitatem contemptum ad inopiam sæpe rediguntur, ac 1611. unanimi consensu, maturaque stipulatione interveniente solemniter, & inter vivos irrevocabiliter dederunt, concesserunt, atque donarunt, & quilibet ex eis (ut inter se præcisa verba instrumenti) dedit, cessit, atque donavit, omnia eorum castra facultates, & bona, videlicet Cardinalis Sylvester, Hippolytus, & Aldobrandinus Joanni Georgio eorum Germano fratri, ejus vitam naturali durante, & pro se, ac alius in eodem instrumento vocatis, omnibusque, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum acceptanti, & legitime stipulanti, & deinde post ejus mortem quando cumque supervenientem non solum prædicti Cardinalis Sylvester, Hippolytus, & Aldobrandinus integram eorum portionem; Verum ipse etiam Joannes Georgius suam pariter integram portionem suo filio primogenito si supererit, si autem defecerit ejusdem primogeniti filio, aut ex eo nepoti primogenito, pronepoti, aliique primogenitis descendentes in infinitum, exclusis semper legitimatis, & feminis, ac descendentes ab eis; Deficiente verò linea Joannis Georgii simile modo vocarunt Hippolytum, ejusque descendentes masculos ordine primogenituræ; Quibus etiam deficientibus, succedere voluerunt Aldobrandinum, ejusque lineam masculinam, ac tandem in defectum omnium supranominatorum ultimo loco substituerunt Petro quingentorum tunc ætate minore, omnesque masculos ab eo descendentes, servato semper ordine dictæ primogenituræ, dummodo tamen ille major effectus integram ejus portionem primogenituræ supponeret, & donationem à cæteris ejus fratribus, ut supra factam in omnibus approbaret. In quorum executionem necdum Petrus minorem ætatem exgressus per duo separata instrumenta donationem approbavit, suamque portionem illi supposuit; Verum etiam Joannes Georgius possessionem omnium bonorum apprehendit, ut inter Patres non controveritur, & latius expositum fuit in decisione Romana primogenituræ de Aldobrandinis super alio articulo 20. Junii 1687. coram Domino meo Urhino.

Cum autem ex his quinque fratribus nulli nati fuissent filii masculi, & defuncto prius Cardinali Sylvestro præmatura morte decessisset Petrus omnium Junior, relictis dumtaxat duabus feminis Ducissa Maria, & Catarina, deinde verò obisset Aldobrandinus, & postmodum Joannes Georgius, supervenit clara mem. Olympia Juniore Principissa Rossani; Omnia bona familiae Aldobrandinæ ad ipsam liberè devenerunt ipsi filium, & heredem Joan. Georgii, & archædem testamentariam Hippolyti ejus Patris, ad versus quam cum prædicta Ducissa Maria, & Catharina existantem controversiam super resolutione præcæteritæ donationis, & consequentia quorundam legatorum ipsi sumpserunt 50000. pro dote Domine Ducissæ Mariæ, & scutorum 40000. pro dote Ducissæ Catharinæ, aliorumque scutorum 20000. unicuique ex ipsis donatorum per Hippolytum pro omni, & toto eo, quod istem quomodolibet competere potuisset super bonis à Petro eorum Patre suppositis primogenituræ; Eademque controversia per speciale commissionem sanctæ mem. Innocentii X. delata fuisse ad Cardinales Franciottum, Cecchinum, & Raggiium, cum clausulis, appellatione, reclamatione, nullitatis, dictione, recurru, ac restitutione in integrum penitus remotis, late fuerunt adversus ipsas sub die 27. Junii 1692. binæ sententiæ in omnibus favorabiles Domine Principissæ Rossani, in quibus pronuntiatum fuit, legata rectè debuissent in causam omnium, & quorumcumque jurum spectantium ad Atrices, & bona per Petrum assignata primogenituræ nulli reversioni fuisse obnoxia, contra quas

tametsi sub sanctæ memoriæ Alexandro VII. ejusque successoribus Clemente IX. & X. consultis desuper gravissimis, & doctissimis in Urbe viris, fuerit eidem Ducissæ venienti tam nomine proprio, quam uti heredi Catharinæ fororis hoc medio tempore prædefunctæ denegatus recursum ad Signatorem Gratiam ad effectum obtinendi commissionem restitutionis in integrum; Quia tamen (ut ipsa conquerebatur) grave nihilum visum fuerat in re tanti momenti præcludere supplicanti aditum deducendi adversus illas nova fundamenta; Placuit Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Duodecimo feliciter regnanti, auditis etiam per Congregationem deputatam defensoribus DD. Principum Burghesii, & Pamphili filiorum, & haeredum ejusdem Principissæ, interim vita fundæ, petitam commissionem restitutionis in integrum demandare Eminentissimi Dominis meis Cardinalibus Casanate, Marefcotto, & de Abdia cum voto nostri Auditorii, prout de jure, & sine præjudicio rei judicæ, ac circa ea dumtaxat, quæ concernunt reversionem bonorum donatorum, de qua in secunda parte præcedentium sententiarum, & non ultra, ad corpus formam delata mihi causa propositi hodie dubium: An constet de causis restitutionis in integrum, sicut sit danda immisit? Quod fuit negative per DD. resolutum, quia non constat de aliqua nullitate, vel injustitia earumdem sententiarum, sine qua non datur lesio, quæ basis est, & fundamentum in integrum restituendi, ad text. in leg. quod si minor 24. ff. de minor. cap. 1. ibique Abb. de restitu. in integr. Rota dec. 323. num. 1. coram Burato, & in Calaguritana Quaræ fuerat de Naxera 11. Januarii 1692. §. Constabat siquidem coram me.

Non constat (inquam) de aliqua nullitate, vel injustitia sententiarum declarantium nulli reversioni fuisse obnoxiam portionem bonorum à Petro donatorum primogenituræ; Quia illarum validitas non revocatur in controversiam, & iustitia liquet ex eo, quod agitur de donatione inter vivos, pura & irrevocabili, atque ulterius munita speciali promissione non revocando etiam ex causa ingratitudinis, supervenientis filiorum, aut alia quacumque, licet in corpore juris clausula, cuius donationis, præsertim tam effraenatis verbis concepte cum ea natura sit, ut dominium irrevocabiliter abdicet à donationis, illudque transferat in donatarium, inde sequitur, quod cessante etiam casu natiuitatis masculorum, bona donata ad eos non revertantur, nisi eo casu nominatim adjectum fuerit pactum reversionis, quod hic deficit, ad text. in leg. 1. §. sicut ff. de donation. leg. si quis argentum, §. fin. Cod. eodem, & tradita per Rot. dec. 716. num. 2. coram Cerro dec. 68. num. 6. & 7. par. 1. dec. 239. num. 11. par. 17. & in Romana donationis 12. Maii 1690. §. Chimæ, confirmata 3. Decembris 1691. & 9. Maji 1692. coram me.

Neque in contrarium relevat potissimum fundamentum Infirmantium pro Domina Ducissa, quod bona, de quibus agitur donata fuerant Joanni Georgio, durante illius vita naturali, quodque per ejus obitum, adveniente quodammodo termino præfinito donationi, ipsa quoque donatio exspiraverit, & resoluta remaneret; Quia (quicquid in terminis simplicis donationis ad vitam sit in abstracto sumpta, in quibus non desini perire, & magis etiam nominis Authores, testantes de perpetuitate donationis) obiectum non procedit in casu, quo prout hic, Joannes Georgius donatarius expressè stipulatus fuit donationem puram, & irrevocabilem pro se, & aliis in ea successivè vocatis, nullumque in casum ipsius obitus adjectum legitur pactum reversionis, ut reprobat opinio Alciariorum Rip. respons. 1. n. 6. de donat. Runch. in lege Heredes mar. §. Cum ita par. 4. nu. 18. & 157. Modern. Melphen. de legal. part. 1. respons. 1. num. 6. Rota dec. 142. num. 8. par. 4. tom. 1. recentiorum; Et in fortioribus terminis donationis factæ ad favorem certæ personæ cum dictione taxativè tantum, quod nihilominus bona donata transmittantur ad hæreses donatari, non uti comprehensas in donatario sed uti successores ejusdem, nisi expressè convenum fuerit de reversione ad donantem, vel alias cogitatum de illorum exclusione, probat Gratian. discept. 386. n. 16. Mantich. de tacit. lib. 13. tit. 21. nu. 20. Cutell. de donat. disc. 1. special. 24. num. 14. & sequ. Peregr. de fideicommiss. art. 51. num. 21. §. Verum, Noguierol. alleg. 37. sub num. 23. §. Primus, Rota dec. unica per tot. & signanter nu. 6. de donat. coram Achilli de Grassi dec. 378. num. 4. lib. 3. coram Puteo dec. 587. n. 1. & 10. par. 1. dec. 98. num. 10. & sequ. par. 12. & dec. 434. num. 1. par. 13. recent.

Proxima autem fortius relevat visa fuerunt ex eo, quod donat-

donantes non solum in casum obitus Joannis Georgii primi donatarii ab eis designati nulli superaddi curaverunt verba quomodolibet significantia resolutionem donationis, aut reversionem bonorum donatorum, sed Joanni Georgio sic decedenti substituerunt in infinitum ejus descendentes, alioque successivè vocatos. In his quippè terminis designatio vitæ Donatarii censetur adjecta ad ostendendum gravam restitutionis, in hæres donationi facta cum onere primogenituræ, atque uti simplex expressio ejus, quod tacite inerat non immutat naturam dispositionis, ad regul. text. in leg. 3. ff. de legat. 1. leg. 107. ff. de condit. & demonstrat. leg. 7. in fin. Cod. de revocanda. donat. sed apposita dicitur in gratiam substitutorum, ex adductis in proximis terminis per Alex. consil. 92. num. 8. vers. non obstat, & numer. 9. lib. 3. Menoch. consil. 1112. num. 5. vers. responderet, & vers. non etiam, Peregrin. cons. 52. per tot. signanter num. 6. lib. 2. Neguian. Jun. in sylv. respons. quest. 24. num. 11. vers. non obstat, Casanate consil. 32. num. 24. vers. tertius casus, Giovagnon. consil. 64. num. 11. & sequ. lib. 1. Altograd. consil. 47. num. 5. & sequ. Et in specie per Marcabrun. consil. 111. num. 49. & 50. Berol. consil. 121. nu. 7. & sequ. lib. 2. Torr. de majorit. quest. 1. cap. 24. sub num. 51. vers. ad secundum. Præsertim quia substituti fuerunt persone, quæ aliàs ab intestato successura non fuissent donationis, ad notata per Marcabrun. consil. 71. nu. 5. & sequ. & num. 54. Bellon. de jur. accrescen. cap. 7. quest. 9. num. 149. vers. ad quartum cum concordantibus.

Ique ipsum apertius insuadet integer contextus instrumenti donationis, pluresque conjectura, & prægnantia verba, quibus stipulata legitur donanti, ibi - ad favorem omnium, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum. Et rursus clausula, ad habendum, & in perpetuum, aliisque denotans plenariam abdicacionem domini à donantibus, ex quibus claris ostenditur, nullatenus cogitatum fuisse de reversione bonorum in casum extinctionis lineæ, & agnationis, sed ultra ibidem nominatis fuisse quoque comprehensos alios interesse habentes, qui esse non poterant, nisi hæredes Donatarii, ad tradita per Marcabrun. d. consil. 111. num. 61. & 126. Cutell. de donat. disc. 1. special. 24. num. 15. vers. per que verbis, lib. 2. Rota dec. 273. num. 6. & sequ. lib. 3. coram Put. dec. 587. nu. 3. par. 1. dec. 230. n. 7. par. 14. dec. 261. nu. 8. p. 16. & in dicta Romana donationis 12. Maii 1690. Quam etiam eorum me, attenta præsertim strictissima prohibitione ejusmodi alienacionis, & destructionis in perpetuum, quas frustra donantes prohibuerunt Jo. Georgio, si illum considerasset Donatarium temporalem, qui de jure non potest detrahere falcidiam, aut Trebellianicam tanquam non habens dominium actu, vel aptitudinem perpetuum cum solo onere restitutionis, ratione cujus tales prohibitiones fieri solent, ad notata per Urceol. consil. 38. nu. 19. & sequ. & signanter n. 22. & 23. Rota dec. 480. n. 1. & 2. par. 4. divers. & in Romana bonorum 28. Februarii 1695. §. T. me etiam, coram D. meo Molines.

Neque oppositum evincunt autoritates ex adverso cumulatæ; Quoniam illa loquuntur in casu simplicis donationis factæ ad vitam certæ personæ, nec ulterius examinant questionem in terminis donationis, ut supra tot amplissimis clausulis stipulatæ, & cum onere perpetuæ primogenituræ, in qua regulare est, quod præmorientibus substitutis, bona remanent libera bene instituta, & ad quoscumque illius hæredes transmittuntur, ad text. in leg. Cum pater, §. Libertus, l. qui solitur, §. penult. ff. de legat. 2. Altogr. d. consil. 47. n. 5. Giovagnon. consil. 64. num. 11. lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 51. nu. 2. cum concordantibus.

Minus turbat aliud assumptum dualitatis, sive duplicitatis donationum, quarum prima dicitur facta Jo. Georgio ejus vita durante naturali, & secunda post illius mortem ad favorem filiorum, aliorumque in ea vocatorum; Unde arguebant Informantes pro D. Ducissa, quod dum prima uti temporalis, & vitalitia finem habuit, & secunda initium habere non potuit ex defectu natiuitatis masculorum, suapte natura factus fuerit locus conditioni donationis, quia præter quod unicitas, & singularitas donationis bene desumitur ex eo, quod unica vita oratio, sub qua per donantes explicata fuit donatio ad favorem omnium donatorum, & rursus unica etiam stipulatio Jo. Georgii pro se, & omnibus successivè vocatis; Actandem unica quoque clausula, actum, complectens omnia supervenit disposita in Instrumento, que operantur, quod unica etiam reputari debeat ipsa donatio, prout de unica oratione dixit Bart. in l. re comunita, nu. 12. ff. de legat. 3. Altograd. consil. 95. nu. 35. lib. 1. Mantich. con-

sult. 219. num. 10. & consil. 446. nu. 12. Rota dec. 537. num. 5. coram Bichio dec. 382. nu. 5. coram Priolo dec. 165. nu. 13. p. 9. recent. & de unica clausula, actum, Mantich. de tacit. lib. 13. tit. 34. num. 6.

Cessate vita fuit difficultas ex eo, quod in omni parte instrumenti donatio explicata fuit per verba numeri singularis, qui dualitatem, seu pluralitatem excludit, ad notata per Rot. dec. 433. num. 7. coram Gregorio dec. 2121. num. 57. coram Cocchino dec. 253. num. 10. part. 19. recent. & facta legiatur per modum primogenituræ, seu fideicommissi, quod unicum est penes omnes successivè vocatos, ponderando præsertim, quod in præmio donationis exposita fuit iudici pro causa contractus indefinita creatio primogenituræ ad effectum conservacionis bonorum unitorum de primogenito in primogenitum, quodque Joannes Georgius vocatus fuit primus primogenitus, primusque Donatarius, quæ verba important alios post ipsum in eadem donatione fuisse vocatos per viam continuationis ejus, ejusdemque primogenituræ, non autem per institutionem novæ à prima independentis, maxime quia, (ut superius etiam prænotatum fuit) eidem Joanni Georgio prohibita fuit quæcumque detrahita legitime, & falcidie, ac signanter etiam Trebellianicæ, que sicut datur in præmium restitutionis, ex adductis per Fontanel. de part. mpt. clas. 4. gloss. 9. part. 5. num. 119. Cutell. de donat. disc. 1. special. 38. num. 8. Ita ostendit, Donantes unicum dumtaxat voluisse facere donationem, que ad terminos fideicommissi restitutorii per organum Joan. Georgii transire deberet ad ejus filios, alioque vocatos, Fortius quia Donatarii, qui post illius obitum capere debebat bona, vocati fuerunt sub collectivo nomine aliorum primogenitorum, atque ipsius successorum, quod indicat alios in eadem primogenitura præcessisse, & successorem ex fideicommissio in eo, quod habuit primus gravatus, ad tradita per Valg. de successione præscript. in præfat. num. 9. Giurb. de feud. gloss. 5. §. 2. num. 10. Torr. de success. in primogenitura, par. 1. cap. 1. §. 1. n. 2. attenta potissimum dictione aliorum, implicata similitum in eodem ordine, ut observat Rota dec. 146. n. 17. & sequ. coram Duran. dec. 21. nu. 6. coram Priolo dec. 104. n. 12. par. 6. & dec. 126. num. 9. part. 11. recent.

Ethanc ipsam unicam, sive singularitatem donationis per viam primogenituræ successivæ, & gradualis, quam præsertim lectura instrumenti stipulationis, Clarus explicans duo instrumenta ratificationis, & suppositionis bonorum factæ per Petrum auctorem D. Ducissæ, in eorum primo habetur ibi - donat d. primogenituræ penes dictum Jo. Georgium Aldobrandinum nunc primogenitum. Et, & infra ibi - consensit dictam possessionem teneri vice, & nomine dicti Principis Aldobrandini nunc primogeniti, & deinde aliter primogenitis ordine successivo. In secundo autem ibi - donavit, & donat dicta primogenituræ, & aliis in ea successivè vocatis, &c. que quidem verba prolata per Petrum Patrem, & Auctorem D. Ducissæ, sicuti excludunt dupliciter donationis quoad portionem ipsius propriam, ita etiam indredè, & per viam declarationis, & observantia bene ostendunt unicam donationis, quæ præsertim per ea, & hæresis, que propterea eo minus hodie impugnetur valde declarationem, atque observantiam sui Auctoris, ad tradita per Rot. dec. 261. n. 1. & 2. par. 7. dec. 187. nu. 19. par. 13. & dec. 563. nu. 10. & 11. part. 18. recent.

Non suffragante replicatione, quod donantes simul expresserint donationem, & primogenituram, quasi quod per dictionem, & separare, ac distinguere voluerint donationem à primogenitura, & primogenituram à donatione; Quia dictio illa monosyllaba, plerumque ponitur inter duo synonyma, ac inter verba idem importantia, ut notat Felin. in c. ex parte primo, num. 22. versic. falsi secunda de rescript. Surd. consil. 215. n. 19. Bellon. consil. 53. num. 7. Valenzuel. consil. 133. n. 61. uti in præfati dicendum est fieri voluisse, ne alias dici debeat, quod ubi Donantes loquuti fuerunt de donatione, noluerint intelligere de primogenitura, quodque primogenitura non esset erecta per viam donationis, quæ secum involverent plurima absurda, quia videlicet legitimitati, & femine exclusæ à donatione non fuissent exclusæ à primogenitura, & beneplacium Apostolicum reservatum non fuisset pro ipsimet bonis continuandis in primogenitura.

Prout nec etiam relevante, quod in utraque parte dispositionis diversæ fuerint persone donantium, & Donatorum, quia nempe Joannes Georgius, qui in priori parte desi-